



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Liber Secvndvs. De fuga peccatorum venialium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

LIBER SECUNDVS.

De fuga peccatorum venialium.

CAPUT PRIMUM.

An & quādū possint aliqui iusti adulteri
vivere sine peccatis venialibus?

251.

Dico prīmō, neminem iustum post virib⁹ propriis, sine diuinā gratiā, abstinere a peccatis venialibus omnib⁹, seu vivere sine illis. Hac doctrina definita est à Concilio Mileuitano contra Pelagium Can. 6.7. & 8. & Trident. scilicet 6. cap. 11. & can. 23. qui teste S. Hieronymo libr. 2. contra Pelagianos, & in Epist. ad Ctesiphontem, & lib. 2. contra Iouinianum, Pelagio antiquoitem idem alserentem, & S. Augustino lib. de perfectione iustitiae, & lib. de gratia Christi dicebat, post totā vitā hominem vivere sine peccato vlo. Id expressē dampnārum est à S. Ioanne Apostolo 1. Ioan. 8. 10. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus cum, & verbum eius non est in nobis. Vbi de solis peccatis venialibus esse sermonem, ait S. Augustinus l. 3. cont. duas epist. Pelagianorum c. 3. & l. de nat. & grat. c. 36. Et certum est, multos in Ecclesia Dei adultos sine vlo peccato mortali commisso, vt facetur Ecclesia S. Petro Martire Ordinis Prædicatorum lect. 5. in Breuiario Romano 29. April. & de aliis quibusdam idem scribitur in historiis Ecclesiasticis. Idem docuit S. Iacobus Apostolus Iacobi 32. In multis offendimus omnes. Quod de solis venialibus intelligentum, quia sine mortalib⁹ quām plurimi iusti viuunt, & non omnes illis coquinantur. Sic Proverb. 20. 9. Qui potest dicere: mundum effecor meum purus sum a peccato? Et Eccl. 7. 21. Non est homo iustus in terra qui non peccet: nimis, venialiter, nam innumerū sunt iusti, qui mortaliter non peccant. Pulchre hunc lapsum hominum iustorum describit S. Gregorius Nyssenus l. de orat. in Remitte nobis debita nostra: Cum hac vita, quā per corpus fruimur, in sensu nostris diuidatur: ea verū qua secundum animū exigitur, in mentis impetu & motu libera voluntatis consideretur, quis adeo magno & excelsō animo: quis tanta prudentiā preditio: quis tanti spiritus est, vt per vtramq; vitę rationem, viciorū ac malitie contagionem & iniquitatem effugiat: quis quod ad oculum attinet, expers peccati est? Quis quod ad auditum attinet, innoxius? quis ab hac bestiali gula voluptate alienus? quis tacē purus & vacuus ab occasione peccati? &c. Nam reuer-

multū sepe morib⁹ introeundi locus oculus existit, & vel irascentem videt, & ad eandem contra perturbationem incitat, vel profusa fortuna prater meritorum viventem, & in inuidiam exardecit, vel superbientem, & in odium ruit; vel aliquam materiam boni colorit, dexterorexū oris ac forma figuram, & totus ad concupiscentiam id quod placuerit, delabitur. Ita auria mortis fenestrā aperit, & per ea que audit, multos affectus ad animum transmittit, merum, tristitiam, iram, voluptatem, cupiditatem, risum effusum, & eiusmodi. Porro gustatus voluptas, mater, ut dixerit aliquis singularium malorum est. Quis enim ignorat, quod gula studiorum radix propemodum sit eorum peccatorum, qua in vita committuntur? Ab hac enim pendent luxus, atque delicia, ebrietas, ingluies, in viciū prodigalitas, atque profusio, abundantia, satietas, concessio bestiāli. Et ratione carens impetus ad via ignominia. Similiter tangendi sensus omnium peccatorum extremitas est. Omnia enim qua corpore exercentur, a sedatoribus voluptatis, apprehensionis, qua tacē fit, morbi sunt, qua singulatim exponere, longum fuerit: Porro multitudinem peccatorum qua animo pariter ac definita voluntate committuntur, queram oratio enumerare posset. Ex interioribus inquit profiscitur improbe cogitationes, atque adiecit earam cogitationem, quibus inquinamus, enumerationem. Si igitur ab omnibus addi partibus peccatorum retia nob̄ circumfusa sunt, per omnia sensuum instrumenta, per intinos & ocellos, atque in corde latentes animi mortis: quis glorabitor, ut inquit sapientia, se purum habere cor, qui a sordibus expurgatus est quemadmodum lob teat. Sordes sunt anima puritatis voluptas, que multis fariam multissimis modis humana vita commisceretur per animū pariter ac corpus, per cogitationes, per sensus, per motus ex proposito procedentes, per corporis operationes & effectus. Quis ergo puram ab hac macula animam habet, qui fieri potuit vi fastu percussus non sicuti potuit non esse superbia pede calcatus, quem manus peccatrix non communiquerius pes ad malitiam & nequitiam non cucurrit: quem oculus immodestus non inquinavit? & auditus solidus & imperitus non contaminavit? & gustatus ad se non conuerit? & occupatus deinceps cuius cor ad vanos motus rude & in exercitatum maneat: Et Abbas Charlemont apud Cassianum Coll. II. c. 10. Impossibile est, inquit, quemlibet sanctorum non in ista minutis que per sermonem, per cogitationem, per ignorantiam, per obliuionem, per necessitatem, per voluntatem, per abruptionem admisituntur, incurare. Quae licet ab illo peccato quod ad mortem esse dicuntur, aliena sint, culpā tamen ac reprehensione carere non possunt. Aut enim, inquit Abbas Pinutius Coll. 20. c. 11. per ignorantiam, aut per obliuionem, aut per cogitationem, aut per sermonem, aut per abruptionem, aut

per necessitatem, aut per fragilitatem carnis, singulis diebus vel inuiti vel volentes frequenter incurrimus (addit Abbas Theonas Coll. 22.c.13, præter enumerata, vanitatem inter peccata venialia) pro quibus & David orans Dominum, purificationem atque indulgentiam deprecatur dicens: Delicta quæ intelligit ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo &c. Tantè enim in his facilitate tanquam naturali lege prolibimur, ut quantalibet circumstitione atque custodiâ caueantur, non possint ad plenum ista vitari. Et Abbas Theo. Coll. 22.c.13, Aliud est admittere mortale peccatum, & aliud est cogitatione quæ non caret peccato, præueniri, vel ignorantia, aut oblationis errore, aut facilitate otiosi sermonis offendere, aut ad panarium in fidet theoria aliquid bestiare, aut subtili quædam conodoxia itillatione pulsari, aut necepsitate naturæ alioquantisper à summa perfectione recedere. Hec enim sunt sepius lapsuum genera, in quibus sanctus, licet non nunquam cadat, tamen iustus esse non desinit.

232. Dico secundò, neminem iustum per ordinaria grantia auxilia, quæ communiter omnibus iustis à Deo suppeditantur, posse totâ vitâ abstineri a peccatis venialibus, nisi adit aliquod speciale & raram Dei auxilium seu priuilegiū, quali freta, post Christum B. Virgo abstinuit totâ vitâ ab omni peccato veniali.

T. 1. c. 2. a. 6. Hec proprieitatem definita est in Concilio Tridentino & ante à Concilio Mileuitano. Omnis proflus peccato vacare, supra humane naturæ modum Deus constituit, inquit S. Gregorius Nazianzenus or. in plagam grandinis: Simila docet S. Cyprianus fermi, de opere & eleemosynis S. Augustinus lib. de gratia Christi. c. 49. & ep. 29. ad S. Hieronymum; S. Hieronymus l. 2. contra Pelagianos.

233. Dico tertio, posse iustum cum auxilio diuinæ gratiæ, vitare singula & omnia peccata venialia, sanguinatim seu diuini sumpta. Hæc conclusio negatur ab Hæreticis, & traditur à catholicis: inter quos Suarez ait de hoc, non posse dubitari, idque rectè tradi à S. Thoma & esse communigat. 1. 9. 5. nem doctrinam. Idem docet Gregorius de Vatis & fecc-tentia tomo 2. disp. 8. a. 1. pun. 6. ad 5. Et Vasquez de suppo- 10. 2. in 1. 2. disp. 212. c. 2. a. 16. 17. 18. Eatalij. Et ratio est, quia si non possemus vitare singula & omnia venialia, hoc modo sumpta, ea committendo non peccaremus, quia non liberè ea committeremus, cum tamen peccatum essentia liter consitiat in actu liberi arbitrij: vt docet S. Thomas: ad libertatem autem requiritur posse aliquid facere & non facere. Nemo autem peccat, inquit Augustinus, in eo quod vitare non potest.

234. Dico quartò, posse iustum speciali Dei priuilegio adiutum, non tantum singula peccata venialia vitare, sed etiam omnia proflus, ita ut nūquam in vnum veniale peccatum labatur. Nam per tale priuilegium B. Virgo caruit omni peccato veniali, vt dicitur in Concilio Trident. pari ergo modo alij iusti, si Deus vellet eis simili-

Lancij Opus. Tom. 2.

le priuilegium communicare, possent omnibus proflus carere peccatis. Hanc propositionem Suarez loco citato ait esse certâ fide tenendam, tamq[ue] probat autoritate Patrum & ratione, loquendo etiam de iustis habentibus in se formitem peccati non extinctum nec ligatum, ut fuit ligatus, immo & extinctus in B. V. Maria. Per speciale autem priuilegium, quo quis possit vitare omnia proflus venialia, totâ vitâ sine lapsu in vnum veniale, non est intelligendum auxiliū ordinarium, quod communiter omnibus iustis datur, ad vitanda venialia de lege ordinariâ, sed valde speciale, quod non conceditur omnibus, & est valde extraordinarium, & contra communem cursum iustorum. Atque ita meritò S. Augustinus: Qui dicunt, inquit, esse posse in hac vita 1. 2. de peccatum sine peccato, non est eis continuò incautâ tecum meritate obſtendum. Si enim esse posse negauerimus, & hominū libero arbitrio, qui hoc volendo appetit, & Dei virtuti & misericordia, qui hoc adiuuando efficit derogabimus.

Dico quinid, nullum Sanctorum adulorum; 255. præter Christum & B. Virginem vixisse in hac vita, sine vlo peccato veniali, quia de nullo tale aliiquid scimus ex Scripturæ vel Ecclesiæ Patrum & doctrinâ. Et expressè hoc assérit Angelus in sermone quem ore proprio dictauit S. Brigittæ c. 14. infra concl. 7. citando. Et S. Bernardus epist. 174. ad Canonicos Lugdunenses: Quod enim aliqui pauci dicunt id, de S. Ioan. Baptista & de S. Iosepho, & sanctificatis in vtero, communiter à Theologis reiicitur, quos citat Suarez, & S. Augustinus demonstrat. Exceptâ, 1. 2. 24. inquit S. Virgine Maria, de qua, propter honorem Domini, nullam proflus, cum de peccatis agitur, habere voluntationem &c. Si omnes Sanctos & Sanctas, cum hic viuerent, congregare possemus, & interrogare, vtrum essent sine peccato, quid fuisset responſus putamus: Vtrum hoc, quod iste dicit (scilicet Pelagius) scilicet illos etiam fuisse sine peccator. An quod Ioannes Apostolus: Rogo vos, quantalibet fuerint in hoc corpore excellentiâ sanctitati, si hoc interrogari potuissent, vna voce clamassent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Et omnes iusti, non tantum ex humilitate, sed veraciter de se debent dicere illud: In multis offendimus omnes. Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, vt bene ponderant Concilia Mileuitanum & Tridentinum supra citata, ad hoc ipsum probandum.

Dico sexto, posse iustos perfectioni vita serio studentes, auxiliis diuinæ gratiæ adiutos, per longum tempus, immo & per totam vitam, vivere de facto, sine peccatis cum plena deliberatione commissis, cum solis illis, quæ dicuntur ex inaduentitia & surreptione, & ignorantia accidere. Id expressè supponit tanquam verum 1. 1. ped. c. 2. & possibile Clemens Alexandrinus: Optimum, inquit, est, nullo modo peccare, quod est solius Dei: secundum, nullum ex voluntariis attingere, maleficia, quod

S. quod

1ob.27.6. quod est proprium Sapientis. Hoc sensu videtur locutus lob: Non reprehendit me cor meum in omni virtute mea. Non absolute, qui peccabat aliquando, saltem non deliberatè. Idem significat Apostolus 1. Cor. 44. Nihil mihi conscient sum: scilicet, I. p. 1. c. 9. non sum conscient vii illius peccati deliberate commissi, in eo statu Apostolico in quo hoc scriptum. Idem docent Suarez loco citat: Valquez qui bus addit. Iacobum Alvarez de Paz magni nominis Theologum & vita spiritualis, quam tribus magnis voluminibus tradidit, magisterium. Multi, inquit, ex perfecti hominibus, hoc consequuntur, ut post conversionem suam ac gustatam Spiritus Sancti dulcedinem, nunquam aut rarijime peccata venialia scienter & ex industria, & cum plena deliberatione committant, idque egregie confirmat auctoritate ponderatam S. Thoma: Omnen enim impossibilitatem moralem, quam vocat, carendi veniali peccato, ad duo reuocasse videtur. Scilicet ad infirmitatem carnis & ad obscuritatem mentis, s. p. quid expiat, nescientis. Viri autem perfecti, aut seruidate proficiunt, scientiam illuminant, quā aliquid peccatum leue esse cognoscunt, & gratia ampliori roborati. & dulcedine Divini amoris illecati, non est cur non facile carnem infirmitatem superent, & mortuus eius ad illicita tendentes cohabeant. Quid autem in uno peccato leui faciunt, in omnibus qua aduentunt faciunt, & primum motum insurgentem, ut à leui peccato libarentur, prius quam ultra progediatur impeditum. Hos Bernardus serm. de tripli coherentia vinculorum, beatos ac felices appellat: Beatus huiusmodi homo, inquit, & abundantia Spiritus inflatus maiestate, qui suavis & uictus portat omnes, & neminem onerat ipse, qui terribilis & horribilis ipsa gehenna iudicat, in re leuisima vultum Omnipotens scienter offendere. Et infra. Manifestam iniuriam facere, si de Francisco, Dominico, Ignatio & aliis similibus Sanctis, quod scienter & ex industria peccata venialia fecerint, cogitares. Quod autem illi habuerunt, multi viri spirituales ad perfectionem currentes, sine dubio habent, qui licet saepius ex infirmitate, in leuis eadam, nunquam tamen multis annis, in huiusmodi, scienter & ex industria deficiunt. Non enim nunc abbreviata est Dei manus ut iustos suos, ab ista infidelitate seruare nequeat, neque aggrauata est auris eius, ut dilectissimorum preces, non exaudiatur, quibus quotidie postulant, si non ab omni peccato (quod mortalitas ista non patitur) saltem a provocitate & fronte meritorum liberari: Frontem verò metrictis habet, qui post Diuinam Majestatem, intimè cognitam, post amplissimam eius dona suscepta, post gustatam celestium cogitationum suavitatem, (audet sciens & aduentens, aliquid Domino displicere) illud licet levissimum, cor am oculus sui Domini & Creatoris patrare. Interrogemus itaq. viros Santos, & obtestemur illos, per nomen Domini, cui se totos commiserunt, ut dicant nobis, sine ullo ladende hamilitatis timore, an aliquod peccatum veniale, non ex infirmitate, sed ex industria & ex malitia, per aliquot annos commisserint, & si dixerint, quia longo tempore, aut nunquam, aut viri, ex malitia peccarunt, credamus eis, sunt enim testes

omni exceptione maiores, & eos in hoc sequi & imitari conemur. H. Alvarez.

Similia habet Thomas Mässotius lib. de cæ. l. 5. c. 44. lesti couersatione: Quamvis, inquit, omnia pro suis peccata venialia efficaciter vitare non possumus, sed ne speciali Dei priuilegio, quod post Christum de B. L. 6. c. 44. Virgine tenet Ecclesia, inquit sacra Synodus Tridentina; tam venialia que non committuntur ex subversione, sed ex animi plena deliberatione possunt declinari, & à viru perfecti de facto omnia aut ferre omnia deuantur.

Talis fuit B. Ioannes à Cruce S. Teresia in Informatione Ordinis primus adiutor & locutus, qui ut scribitur in summa Hispanica eius vita impresa anno 1625. Antwerpia, per multos annos nunquam aduententis ullum veniale peccatum commisit: ut de eo testati sunt Confessarii illius.

Talis fuit (vt innumeros è Societate omittam) P. Ludouicus de Ponte, qui post emulum votum, de non peccando unquam deliberat venialiter, illud perfectissime impluit: quemadmodum iuratus asseruit eius per 20. annos Confessarius P. Petrus de Sandoval in Procesu Informacione pro eius Canonizatione facta, auctoritate Episcopi Valetoletani.

Hoc quoque consecutus fuit Ioannes Betchmans Belga Societatis Iesu, mortuus in Collegio Romano, cum magna Sanctitatis opinione, anno 1622, qui per quinque annos quos in Societate translegit, nullum unquam admisit deliberatum veniale peccatum, ut reddens rationem conscientiae sua P. Virgilio Cepafus Superiori candidatus fuisse est, & ego hoc ab eo audiui, & scriptum est in eius vita.

Idem de se fassit est Cardinalis Bellarminus, P. Thomae Tritz heberro, Rectori Collegij Anglicani in urbe Nam eti Bellarminus 72. T. 34. annos vixerit, tamen tota vita sua, nullo deliberato veniali peccato se contaminavit, ut scribit de vtroque isto in vita Bellarmini P. Iacobus Fuligatus, & P. Sylvester Petri Sancta.

Dico septimè, posse iustos perfectioni vita spirituali valde deditos, raro in peccata labi, & per longum tempus abstinere ab omnibus etiam indeliberatis peccatis venitalibus, fructus auxiliis diuinis gratia majoribus quam ordinarie concedantur iustis ordinariis, communis vita cautela viventibus, nec ulque adeo perfectione deditis, ut sunt dediti nonnulli viri perfectiores. Haec propositio expresse habetur apud Benedictum Iustinianum qui explicans illud 1. o. a. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus: Nec iuerm inquit, inficias: quod quis maiores habet in Christiana virtute & charitate progressus, eum & paucioribus & leuioribus noxiis raro adiundum inquinari, ut colligitur ex Hieronymo dia 3. con. Pelag. & Augustin. l. i. de nupt. & concup. l. de natur. & grat. c. 62.

Primo, probatur exemplis magnorum Dei

leuio-

seruorum, de quibus id conflat, ex vits eorum,
& alius documentis fide dignissimis.

262. De B. Maria Oegniacense Ioannes de Vitria-
co Episcopus & Cardinalis doctissimus apud
Surium sic scribit: *Testem Deum inuoco, me numquā
in totā eius vītā vel conuersatione, vel vnum potuisse
mortiferum peccatum reprehendere. Si quod autem
fortassis exiguum veniale sibi admisisse videretur, cām
tanto cordis dolore, tantā cum verecundia & rubore,
cum tanta contritione se ostendebat Sacerdoti, ut ples-
rumq; pra nimio cordis angore instar parturientis ex-
clamare cogeretur. Tametsi etiam ab exiguis venialibus
culpis ad eū sibi caueret, vt crebro ad dies quindecim,
nec vnam inordinatam cogitationem in suo posset pe-
dere reperire. Et quia bonarum mentium est, ibi cul-
pam agnoscere, vbi culpa non est. Sacerdotum pedibus
adoluta, se se accusans, quedam eiusmodi etiam cum
lachrymis confitebatur, ad que nos vix potuimus à risu
abfumere: putā quendam verba puerilia, qua in pueritia
se dixisse recolens dolebat. Postquam autem enauauit
ea qui sunt pueri, tanto cum timore animam suam,
tanto studio sensus suos, tantā puritate cor suum custo-
dire nitebatur, semper illud prō oculis habens: Qui mo-
dica negligit, paulatim decidit: vt ne verbum quidem
vnum aut affectum inordinatum, nec inhonestum cor-
poris motum, nec risum immoderatum, nec indecentem
vel indecorum corporis gestum in ea vñquam, aut certe
rād aduertere potuerit. Quanquam plerumq; pra-
immo cordis gaudio, dum se ipsam vix posset cape-
re aliquando liberius exhibilato vultu, externo corpo-
ri gestu, mentis iubilum prodere cogebatur, vt pote vel
risum immodestum ex cordis serenitate edendo, aut ali-
quam ē suis sociabus, modico eoq; pudico amplexu hu-
manissime excipiendi, vel Sacerdotis alicuius manus,
vel pedes prā eximia devotione osculando. Cum autem
ad se tanquam à mentis quadam ebrietate rediisse, &
vesperi omnes actus suos severiter commemoraret &
examinaret, si vel in minimo modum se excessisse de-
prehenderet, cum admiranda cordis contritione id con-
fitebatur, & a se ipsa penas exigebat: non rād etiam
illuc trepidans vbi nullus erat timor. Nos vēd ē solā
causa nostra pigritia consilere volentes, eam reprehē-
debamus, que crebrius quād pellemus eiusmodi minu-
tias confitebatur. Quod si cogitatione inordinatā
diu carebat, alius quoque peccatis caruit, quā
supponunt inordinationem cogitationis. Non
potest enim contingere peccatum, nisi sit voluntā-
tum, voluntū autem esse nequit, nisi sit præcog-
nitum: ac proinde cum aliqua inordinatione
cogitationis, vti Philosophi morales & Theo-
logi omnes docent.*

263. De nostro B. Ermundo Campiano scribit
Paulus Bombinius: *Conscientiam, inquit, sacris con-
fessionibus solebat eluere: adeo nullā sapē macula, vt ab
Antonio Francisco, qui eius Confessiones audire con-
suebat, quia nihil erat quod solui posset, sine solenni
absolutione ad sacram ire perpetrandū iuberetur.
Quanquam id quoque antequam sacram initiare-
tur, vñ venisse confitendi Campiano, vt sine sacrā
absolutione, eandem ob causam dimitteretur, idem
Lanciij Opus. Tom. 2.*

Antonius Franciscus non semel testatus est.

De S. Francisco Xauerio maius, quippiam 264.
constat, ex testimonio eius Confessarij, quod ad par. 2. de
probandal vita eius sanctimoniam, adferunt Deum S. 2.
Auditores Rotg; in Relatione ab eis facta Sum-
mo Pontifici pro Canonizatione illius. Cum, in-
quiunt, quondam Xaverius ibi ageret hyemem, con-
fessum suis apud Vicarium S. Thome, qui iure-
iurando affirmauerat, in huiusmodi confessionibus nul-
lam se inuenisse peccatum veniale, quo Deus offendis po-
tuisset. De nostro B. Stanislao Kofka, P. Alphon-
sus Ruiz, cui ille totius vita peccata in Confes-
sione detexerat, post illius mortem publicè te-
status est, eum totā ritā suā (qua fuit 19. annorū)
nullum mortale peccatum commisso. & venialia val-
dē paucā. De B. Aloysio Gonzaga P. Ferdinandus 265.
Paternd testatus est, dum eius Confessarius es-
set in curia Regis Hispaniarum existens ad
huc in statu sacerulari per 5. vel 6. annos, quibus eius
confessiones excipiebat ad annum etatis 14. se sepen-
mero, nec materiam in eo absolutionis inuenisse, idā
non ex defectu iudicij & solertia accidisse, quia etiam
ab ea etate eluebat in illo prudentia & maturitas se-
nitis in moribus.

Si ergo B. Aloysius in cā etate, adhuc sœcula-
ris, in aula Regis Hispaniæ, ad eō abstinuit diu
à venialibus, quantò magis postea acquisitione
maiore Dei lumine, & Diuinæ gratiæ abundan-
tia in vita Religiosæ. Atque ita P. Hieronymus
Platus ob libros editos notus, perspecta do-
ctrinæ & probitatis vir, scripto testatus est: Se
eius generalem confessionem in Societate sex mensum
audisse. & non reperisse in eo materiam capacem ab-
solutions, neque de peccatis venialibus. Quæ duorum
Confessariorum testimonium tanquam certa &
fide dignissima, adduxerunt ad comprobandum
sanctitatem B. Aloysij. Rotg Auditores in Rela-
tione, pro eius Canonizatione facta Paulo V.
Pontifici Maximo, titulo: *Quod innocens Ad-
olescens, habuerit omnes virtutes. Et §. Quod
autem immaculatus Adolescens.*

Quod confirmari potest præter experientiā 267.
multorum seruorum Dei, accuratè vita perfec-
tiōn studentium, testimonio iurato P. Annibalis Vitalis, qui in Procesu Leciensi factō au-
thoritate Sedis Apostolicæ pro Canonizatione
P. Bernardini Realini, testis tertius ad vigesimū
articulum ita respondit: *In quindecim anni, in circa,
che esso s̄e confessato, in quest' ultimi della vita, continua-
mente con me, non ho potuto trouar in lui, ne nemo vn
peccato veniale voluntario.*

De eodem P. Realino in eius vita à P. Anto-
nio Beatillo Italice conscripta legi alterum eius
Confessarium P. Natalem Caputum, Professo-
rem Theologiae, testatum esse, Se per octo men-
ses, quibus Confessiones P. Realini audiuit, nunquam se
inuenisse in eo materiam absolucionis. Vt ergo absolu-
posset, aliquod ex seculari vitā anteactā, peccatum
confitebatur.

De Cardinali Bellarmino scribit Fuligattus 268.
Ss 2. in

in eius vita, eum interdum per octo dies non inuenisse unum peccatum, quod esset materia absolutionis. Et tamen Bellarmine scimus fuisse scrupulosissimum, quales, ut ait S. Gregorius, solent ibi culpam agnoscere ubi culpa non est.

269.
1.12. Reg.
c.31. Rely.

Noster quoque Frater Alfonius Rodriguez, eti per 40. circiter annos lanitoris officium obierit: ordinari in confessionibus non adferebat materiam absolutionis.

Iosephus Soria è Societate Iesu qui familiariter versatus est cum P. Realino per annos 22. & fuit eius cubicularius per annos 5. testis 18. in Processu Liciensi super 8. articulo iuratus depositus: P. Bernardinum fuisse tam magna sanctitate preditum, & vita adeo pura, ut nemo quod sciam aduerit vnguam ab eo ne minimum quidem peccatum veniale fuisse commissum, multò minus mortale.

270.

De P. Ludouico de Ponte in concione funebri impressa Valisoleti anno 1624. legi, dictum à P. Michael de sancto Romano Praeposito nostre Domus Professæ, P. Ludovicum confervasse gratiam baptismalem totâ vitâ: & inter quinquaginta quatuor peccata, qua post eius mortem scripta ab eo olim, inuenta sunt a curiose quodam, nullum fuisse, quod ipse auderet afferere attigisse culpam saltem peccati venialis.

271.
f.6.c.11.

Secundo probatur, hæc doctrina ex Concilio Tridentino, vbi differens de peccatis iustorum ait: *Licet in isti in venialia peccata quandoq; cadunt, non propterea desinunt esse iusti: Vbi particula, quandoq; indicat, non sàpè, sed raro id contingere iis, qui sibi attendunt & gratia Dei cooperantur.*

cap. 14.

Simili loquendi formulâ vsus est Angelus in sermone, quem suo ore dictauit S. Brigittæ: *Quis, inquit, mirari debet, quid Deus hanc Virginem (cuiacet Matrem) super omnes maximè dilexerit, cum ipsa sola excepta, neminem à viro & muliere generari prænouit cuius animus (alias voluntas) ad mortale seu veniale peccatum interdum non feret inclinabilitus?* Quod autem interdum accidit, non sàpè accidit.

272.
T.1. Ep.
Pont.par.
2. pag. 352.
Rom. edit.

Tertiis probatur, hæc doctrina testimonis Patrum, S. Gelasius primus, in disputatione contra Pelagium, dicente sine gratia posse hominem tota vitâ tempore abstinere à peccatis venialibus. Postquam docuisset id viribus naturæ fieri non posse, subdit: *Sin vero quisquis non possibiliter facultatis humanae, sed per Diuinam gratiam hoc afferat in hac vita quibuslibet Sanctis, posse conferri, benè quidem facit, nam Dei dono cuncta possibilia sunt, talia confidenter opinari & sperare fideleri.* Si ergo totâ vitâ quis potest ab omnibus abstinere peccatis, beneficio diuinæ gratiae, multò magis, per longum, eti non totum, vita tempus.

Et cum dixisset, non decere impugnare facile, si quis diceret, aliquos tales existisse subdit: *Sanctos nonnullos copiose Dei munere, vel rarū omnino, vel minimis, humana conditione passim*

impeditos esse. & affluentiore Dei gratiæ, mortalitatis virtus facile superasse, ita tamen, ut solus Agni sit proprium, nullum prorsus habuisse peccatum. Et quamvis postea, multis Scriptuaræ testimoniorum prober omnes esse peccatis obnoxios, id non idcirco facit, quasi neget diu aliquos posse abstinere à peccatis per auxilia gratiæ, sed ut Pelagianorum retrodem demoliantur, assertentum, omnis esse posse atque debere prorsus ab omni peccato liberis.

Ideoque tandem subdit: Viros in magna continentia proposito constitutos, siue minus siue amplius, à virtutis infestari, prout quisque gratiæ Diuinæ insirante proficerit. Cum autem multos in Ecclesia Dei proficeret valde, certum sit, moltos quoque reperiiri, qui raro in peccata venialia labantur, dubitari non debet. Eadem veritas colligitur l. de p. ex S. Augustino, qui ait: Qui dicunt esse posse, menem in hac vita sine peccato, non est eis continuo incautæ temeritate obstatendum. Si enim posse esse negligemus, & homini libero arbitrio, qui hoc voluntando appetit, & Dei virtuti ac misericordiæ, qui hoc aliquando efficit, derogabimus. Quibus locis videatur Augustinus loqui, de abstinentia à venialibus, per totam vitam, quare multò magis de abstinentia per longiusculam vitæ partem, id legit, quia hoc facilius est, & non tam speciali gratiæ auxilio eget. Et libr. de Spir. & lit. à principio & cap. 2. dicit: Si quis de aliquo Sancto affirmet, nunquam peccasse, non propriis viribus sed gratia & dono Dei, non multum cum eo esse contendendum, sed potius si id sufficenter ostendat, illi esse gratulandum. Cum autem certissimum testimonius, supra ostensum sit, aliquos diu sine venialibus vixisse peccatis, & raro in ea lapsos esse, id quoque alios posse assuequi similibus diuinæ gratiæ specialis auxiliis fretos, dubitandum non est. Idem libr. de perfectione iustitiae ferè toto, solvens argumenta, Calestij Pelagiani nomine sibi à Coepiscopis Eutropio & Paulo proposito, quibus Pelagiani conabantur euincere, quod homo viribus naturæ, sine gratiâ per Christi merita collata, posset prorsus totâ vitâ vivere sine peccato. Non negat id posse fieri, sed non nisi per gratiam Dei, non verò viribus naturæ. Quod vt elarius appareat, adferam hic principia argumenta Pelagianorum in illo libro, seu exempla, ab Augustino relata & ab eodem soluta.

Ante omnia inquit, (scilicet Pelagianus) interrogandus qui negat hominem sine peccato esse posse, quid sit quodcumq; peccatum, quod vitari potest, aut quod vitari non potest. Si quod vitari non potest, peccatum non est: si quod vitari potest, ergo homo potest esse sine peccato quod vitari potest. Nulla enim ratio vel iustitia patitur saltem, dici peccatum, quod vitari nullo modo potest.

Ad hoc S. Augustinus sic respondet. Respondeamus, vitari posse peccatum, si natura vitata sanetur gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. In tantum enim sana non est, in quantum id quod faciemus

saciondum est, aut cecitate non videret, aut infirmitate non impletum caro concupisit aduersus spiritum; & spiritus aduersus carnem, ut non ea que vult homo satiat. Hac Augustinus.

Quocirca si iudicio Augustini potest homo tota vitâ (ut putabat Pelagius) vivere sine peccato, per Christi gratiam, multò magis non tota vitâ, sed diu, raro peccando, vivere potest.

Deinde aliud Pelagianorum argumentum in medium adferit tale: Iterum querendum est, quid sit peccatum, naturale an accidens? Si naturale est, peccatum non est: si autem accidens est, & recedere potest, & quod recedere potest, vitari potest, & quod vitari potest, potest homo sine eo esse quod vitari potest.

Respondetur, inquit Augustinus; Naturale non est peccatum, sed naturæ præstum vitiæ, unde factus sumus naturæ filii iræ parvus, esse ad non peccandum, voluntatis arbitrium, nisi adiuta sanetur gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

Iterum ait (Pelagianus) querendum est, utrumne debet homo sine peccato esse? Procul dubio debet. Si debet, potest: si non potest, ergo nec debet. Et, si non debet homo esse sine peccato, debet ergo cum peccato esse. & iam peccatum non erit, si illud haberi debere confugiat fatigatus.

Respondetur, inquit Augustinus hac similitudine: Cum videmus claudum qui sanari potest, regre dicimus, debet homo iste esse sine claudicatione, & si debet, potest, nec tamen cum vult continuo potest, sed cum fuerit adhibita curatione sanatus, & medicina adiuuerit voluntatem. Hoc sit in interiori hominem, quod ad peccatum attinet, tanquam ad eius claudicationem, per eius gratiam, qui venit non vocare iustos sed peccatores, quia non est opus sanis medico, sed male habentibus.

Iterum ait (Pelagianus) querendum est, an velit Deus hominem esse sine peccato: Procul dubio vult, & procul dubio potest. Quis enim tam demens est, ut vel dubitet fieri posse quod Deum velle non dubitat?

Repondetur, (inquit S. Augustinus) vult Deus hominem esse sine peccato: sed hoc sit in credentibus & proficiens renouatione interioris hominis de die in diem, donec fiat perfecta iustitia tanquam sanitas plena. Hac S. Augustinus.

Ex cuius reponso, causam discimus, quæ viros perfectioni serio incumbentes, raro peccante facit: scilicet, renouationem interioris hominis, quam Christi gratia facit in proficiens. His enim Deus auxilia frequentiora & maiora suppeditat, quam vulgo communè iustorum, tepidorum præsertim: præterea, extrinsecâ etiam prouidentiâ Deus præseruat spiritu ferentes, ne occurrant illis obiecta ad peccatum allicientia, vel, si occurrant, ita eorum mentem & cogitationes piis rebus occupant, ne ad malas cogitationes delabantur, sine quibus præuis, nemo peccat. Liberi enim arbitrij vultus, incipit à cogitatione repræsentante materiam obiecti.

Lancij Opus. Tom. 2.

quam sub specie boni reprehensam, voluntas eligit dum peccat.

Iterum ait, (Pelagianus) querendum est, quot modis constet peccatum: Duobus, ni fallor; si aut illa sunt, que prohibentur, aut illa non sunt, que iubentur. Tam certè omnia illa que prohibita sunt, vitari possunt, quamque præcepta sunt, perfici. Nam frustra aut prohiberetur aut iubeneretur, quod vel cauere vel impleri non possit. Et quomodo negabimus posse esse hominem sine peccato, cum confiteri necesse sit, eum, tam omnis illa que retentur posse cauere, quamqua imperantur efficeri?

Ad hoc quoque responderet S. Augustinus,

non negans posse nos abstinere à peccato, sed id nos non posse, nisi Deus det, & charitas Dei diffundatur in cordibus nostris, non per nos ipsos, sed per Spiritum S. qui datus est nobis. Hoc autem, inquit, sit de die in diem, in iis, qui volendo, & credendo, & invocando, proficiunt, & praterita oblinientes, in ea que ante sunt extenduntur. Ad hoc enim lex ista præcipit, ut cum in his implendis homo defecerit, non se extollat superbiâ tumidis, sed ad gratiam confugiat fatigatus.

Deinde cap. 6. ait: Adiuuante gratiâ Dei, negandum non est, posse hominem esse sine peccato.

Et c. 7. Non gratis Christus mortuus est, non igitur potest homo esse sine peccato, etiamsi velit, nisi adiuvet gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum, quod ut perficiatur, & nunc in proficiens agitur, & omnimodè implebitur contentionem mortis absumptâ & charitate, que credendo & sperando nutritur, videndo & obtinendo perfectâ.

Idem Augustinus cum alibi ostendisset, neminem esse qui viribus nature sine gratiâ Dei vivat sine ullo peccato, & concludens primam quæstionem, afferat tolerandum esse eum, qui diceret prater Christum, aliqui quoque per Christi gratiam, concessum esse. Qui nullum omnino haberet peccatum: supra dixerat repetiti, Qui per Dei gratiam, se ab eis peccatis abstinerit, que criminis vocantur, atque illa peccata, (sicilicet venialibus) sine quibus non hic vivitur, mandare operibus misericordie, & piis orationibus non neglexerit: & talem hinc exire sine peccato, quamvis cum hic vivueret, habuerit nonnulla peccata. Quo loquendi modo aperte indicat, reperiri tales, qui per Christi gratiam, non multa sed pauca, seu quod idem est, nonnulla committunt peccata, quia per opera pietatis expiant. Et loquendo de iustis, Quia, inquit, in leuijmis, & aliquando incautis ob. 1. de nat. & repit peccatum, & insti fuerunt, & sine peccato non grat. c. 38. fuerunt. Quo loco, aliquando, denotat raro id contingere nonnullis.

S. Leo Papa: Ut, inquit, virtutis habitaculum nullum est contaminatione pollutum, utique regente atque adiuvante Domino omnibus obtinere possibile est: si per ieiunium purificationem, ac per incauta largitatem, studeamus & peccatorum sordibus liberari, & charitatis fructibus esse facundi.

S. Prosper ait, Eos qui sancte per donum spiritus s.

274
S. 3 viuunt.

1.3 deuit.
cont. c.6.

Vinunt tamen propter quasdam difficultates quas trahunt, sive scientes, sive nescientes, Aliquoties, aut suo peccato cedunt, aut alieno consentiuntur. Ergo S. Proletari iudicio, aliqui non sacerdoti, sed Aliquoties peccant.

(Notat Suarez tom.2, in 3, par. disp. 4, scđt. 3, Patres nomine criminis intelligere peccatum mortale. Sic S. Augustin. in Enchir. cap. 6. illud accipit & l. de nat. & grat. c.36. & l. de perfec. iust. cap. 12. & 17, & S. Gregor. lib. 21. mot. cap. 9.)

276. 1.2. Reuel.
cap. 19.

Et Christus D. dans varia monita S. Brigittæ inter alia ait: Mali homines inter iustos tolerantur ad bonorum probationem: ex malitia quippe malorum, probatur bonorum constanteria, nam in adueritate ostenditur, quantum quisque patiens est in prosperitate vero quam quisque, constans est & moderatus. Quia ergo virtus quandoque subrepunt iusti, & virtutes frequenter excoluntur, ideo permittuntur mali, vivere cum bonis, ne boni dissoluantur nimia latitudo, vel dormienti aeternità, & vi frequenter habeant ad Deum oculos. Aliud est autem, vt obseruavit Caïetanus 21. q. 4. 3. a. 8. Quandoque, aliud, paup., quod idem est, ac sacerdotem.

277. 1.6. in 1.
Reg. c. 15.
Pto. 14.
cap. 14.

Idem deducitur ex S. Gregorio Papa, qui loquens de peccatis iustorum, qui dicuntur septies cadere. Iusti, inquit, permittuntur aliquando cadere, vt semper valeant fortius stare. Hi profecti, et si verba Domini quandoque non implet, a Domino non redundant. & in modo despiciunt, sed post modicum respiciunt. Quo loquendi modo, indicat, reperiunt iustos, qui non sacerdoti labantur in venialia, sed aliquando, quandoque, modicum id est rati, eum enim sensum in lingua Latina habent, hec dictiones, & tales loquendi formæ. Et libr. 3, dialog. de S. Isaac, sic scribit: Qui cum virtute abstinentia, contemptu rerum transientium, prophetia spiritu orationis intentione, esset incomparabiliter predictus unum erat, quod in eo reprehensibile esse videbatur quod non nuncquam tanta ei letitia inerat, vt illas tot virtutibus, nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur.

278. 1.1 ped. c. 6.

Idem sentit Clemens Alexandrinus: In voluntaria peccata non adeò multa incidere, iis maxime carent, qui bene educati sunt. Qui autem non incidit in multa, caro incidit.

279.

Et S. Hieronymus: Et nos, inquit, dicimus posse hominem non peccare si velut pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporis, quam diu intentus est animus. Atqui multi serui Dei ferentes, habent valde intentum, & diu, rebus diuinis animum, & maiorem circa se auxiliantis Dei protectionem; proinde Dei beneficio diu abstinent a peccatis, qui suæ animæ serio intendunt.

280. b. 4. in Paf.
cha.

S. Maximus: Habent, inquit, merita etates suas, nam & senectus morum inuenitur in pueris: & innocentia insanum reperitur in senibus. Ad innocentiam vero viæ requiriuntur, ratus in peccata venialia lapsus.

281. in c. 1. Luc.

S. Ambrosius explicans illa verba Lucæ: Erat incidentes in omnibus mandatis & iustifica-

tionibus Domini sine querela: Quid ad hoc refertur, qui peccatis suis solatia preferentes, sine peccato frequentibus hominem putant esse non posse. & vinunt verisculo, quia scriptum est in Job: Nemo manduca forde, nec si vnius diei vita eius sit in terra. Et infra: si hoc putant sine peccato esse, nunquam omnino peccasse, & ipse consentio. Omnes enim peccauerant & erant gloriâ Dei: si autem eam qui veterum errorem corerent, & in eam se vita transformauerit qualitatem, vt temperet a peccato, negent abstinere a delictis, non possum in eorum conuenire sententiam: cum legamus quia sic Dominus dixit Ecclesiam, vt exhibet ipsam sibi gloriosam & non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Vbi cum dicat se de talibus peccatis loqui, que omnes admiserunt, & committunt clarum est, eum non loqui de mortalibus, quæ non omnes committunt. Esse enim a reatu mortalis culpa alienum concedatur multis, inquit B. Laurentius Iustinianus, & patet ex historiis Ecclesiasticis, & Confessarij benè sciunt, qui tales multos normi, sed de solis venialibus. Sensit ergo posse nos esse sine frequentibus venialibus: præterim, c. de peccatis, vt ait S. Augustinus per peccata, S. Scriptu*iusti*, intelligit venialia, per crimina mortalia.

Dices, Pelagium teste S. Augustino, vñum esse hoc loco S. Ambrosij ad probandum suam haeresim, quæ etat: posse ac debere homines omnibus peccatis carere totam vitam: proinde hoc S. Ambrosij loco non benè probari, id, ad quod probandum adfertur.

Resp. Concedo Antecedens, nego consequiam. Primi, quia nos rem diuersam loco citato S. Ambrosij probamus. Pelagius enim docebat hominem sine vñis peccatis posse totam vitam transfigere, idque virtibus naturæ, non auxiliis gratiæ fretum. Nos vero id tanquam heresim detestamur, sed tantum cum S. Ambroso dicimus, posse esse beneficio. Divina gratia hominem sine peccatis frequentibus, sine quibus tamen nullus viuit ita, quin aliquando in ea labatur. Secundi, & Pelagius & alii heretici solent suas hereses, etiam Scripturæ sententiis male intellegunt & explicatis confirmare; sicut ergo hanc ob causam non debemus abstinere a producendis Scripturæ S. sententiis in confirmatione sane doctrinæ ita nec ab iis Patrium sententiis citandis abstinere debemus, bene intellectis, & in vero earum sensu propositis, et si eas ad suos etores heretici iniquè derorqueant.

Nec obstat, quod S. Augustinus liber de gratia Christi c. 43, & 49, dicat S. Ambrosium alterum, boniū posse esse sine peccato; id enim dicit ex suo sensu, sed refert Pelagium ideo laudasse S. Ambrosium, & dixisse in eius principiis libris Romanam elucidare fidem, eumq; inter Latinos, Scriptorum florem quendam emittuisse: quia, inquit, videtur Pelagius sibi in quadam loco librorum eius eo teste vñ, quo probet hominem posse esse sine peccato. Hoc autem S. Ambrosius nou dixit, vt ei affinxit Pelagius, sed

lab-

XVI. DE FUGA PECCATORVM VENIALIVM.

497

tantum, posse esse sine frequentibus peccatis per Dei gratiam. Deinde cum ibidem cap. 48. idem repetit se tanquam à Pelagio citatum ex Ambroso, respondet: *Posse hominem in hac vita esse sine peccato, negandam non est, si hoc velit Deus, a-pud quem sunt omnia possibilia.* Sed infra c. 49. ait merito S. Ambrosij docere exponendo Elia Propheta: *Neminem in hoc mundo esse sine peccato, quod nos etiam contra Pelagium assertimus, sed hoc Ambrosij dictum est diversum ab eo quod retulimus, de frequentibus peccatis.* Quo circa eis Bellarminus l. i. de amiss. grat. c. 6. §. Obiectio 4. dicat S. Augustinum c. 49. dixisse, correspondam esse à S. Ambroso illam sententiam, non est intelligendum, quod eam corixerit de abundantia possibili frequentibus peccatis, sed tantum eam, quam habuisse dicebatur à Pelagio, de perfectione iustitiae. Zacharia & Elisabeth summa atque omni modo perfecta, cui nihil addi iam posset, quemadcap. 48. dixerat, nos in celo sperare. Quodquidem S. Augustinus conditione dicit de S. Ambroso: *Si ille, inquit, vir sanctus atque humilis Zachariam & Elisabeth summa atque omni modo perfecte iustitia cui nihil addi iam posset, fuisse existimat, profecto sententiam suam minuimus excusando corrixit.*

Atqui in loco S. Ambrosij à me citato, nile ab eo dictum est, quo circa non de loco prout à nobis citatus, id S. Augustinus dixit, sed prout erat citatus à Pelagio, de iustitia perfectissima Zacharia & Elisabeth S. Hieronymus dialog 1 contra Pelagianos.

Abbas Pynophilus apud Ioannem Cassianum, loquens de iustis Ordinariis, licet dicat eos singulis diebus in venialia labi, tamen Abbas Theonas disputans de peccatis iustorum, qui enim sancti viri sint, adducto testimonio illo vulgato Proverb. 24. prout communiter à Concionatoribus citatur: *Septies in die cadit iuslus,* ait, in septem lapsuum genera, scilicet cogitationis, ignorantie, aut obliusionis &c. *Vitum sanctum nonnunquam cadere:* qui autem cadit nonnunquam, raro cadit, sàpè & diu abstinet a causa veniali: idem enim significat nonnunquam, quod, raro.

Quod idem Abbas Theonas supra clarius indicauerat: *Nullus, inquit, ita circumspectus in huius mundi potest esse confitit, ut eum altem rara vel leua peccatorum tela non feriant:* Agnouit ergo aliquem Dei beneficio, raro labi in leua peccata.

Idem Abbas Theonas expresse impugnans eos, qui dicebant cum Pelagio, hominem posse esse sine peccato, sic eos refutat, ut ostendat id falsum esse: quia nullus est qui non interdum, nò aliquando, peccet, qui loquendi modi, non frequenter, sed rara denotant peccata aliorum Sanctorum. Quod inquit, tam pertinax Sanctorum fiducium, quod tam arduum potest esse propositum, cui non aliquando, versutus ille insidiator illudat: *Quis ita*

*soliitatis secreta sedatus, vniuersorum mortaliuum consortia declinavit, vt nunquam cogitationibus superfluis laberetur, & intuitu rerum, vel occupatione aërum terrenorum, ab illâ, qua verè sola est, bona Dei contemplatione deciderit? Quis tantam futilitas, vngualis potuit retinere seruorem, ut non interdum, lubricis cogitationibus, in ipsa quoque orationis contentione irascit, repente de celestibus ad terrena corruerit? Sensit ergò, aliquos non sèpè, sed, interdum, &c., aliquando, quod idem est, ac raro, peccare: & hoc satis est ad refutandos Pelagijs alleclias, qui dicebant, instos nunquam peccare debere & posse. Quod autem Theonas addit, *sanc-tos cogitatione quandoq[ue] in peccata labi, verum est, si sermo sit de communis iustorum curia, si tamen singulari Dei beneficio, eti raro, (vt mihi certò compertum est) ut aliqui nunquam illo, merè interno peccato, Diuinam Maristatem offendant.**

S. Bernardus lerm. de cœna Domini: *Qui lotus est, inquit, non indiget nisi vt pedes lauet. Lotus est,*

*qui grauitate peccata non habet, cuius caput, id est intentio, & manus, id est operatio & conuersatio munda est. Sed pedes qui sunt anima affectiones, dum in hoc pulvere gradimur, ex toto mundi esse non possum, quin aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curiositati, plus quam oportet, cedat animus vel ad horam. Vbi ponderanda sunt Primò, particula aliquando, ostendere, raro nonnullos peccare: quod enim aliquando dicitur contingere, supponit nec semper nec sàpè, sed raro contingere. Secundò, S. Bernardus supponit esse homines iustos, qui non peccant intentione, nec operatione, & conuersatione (in quibus tamen omnia ferè iustorum peccata consistunt) quandò ergò addit aliquando, affectione illos delinqueré, idque non sàpè, sed vel ad horam, manifestè indicat, raro id accidere caute viuentibus. Et si in vigilia S. Andreae cùm loquens de vulgo, & de modo communi viuendi iustorum imperfectorum, dixisset: *Multa quotidie peccata contra abumui, paulò post subdit: Beati qui solum suam, dico autem gloriam conscientia sua, solliciti sunt omni tempore conservare immaculatam, semper splendidam exhibere.* Sed quia pauci sunt, qui sic omni custodiâ seruent cor suum, pauciores autem (si tamen vel pruiores) qui in omni sanctimoniam conservent illud, neesse est frequenter abstinentiam maculas diluere subminentes. In quibus verbis manifestè docet, reperi illi tales iustos, eti paucos, qui conservant omni tempore, immaculatam à frequentibus & quotidianis aliorum peccatis conscientiam, & semper splendidam.*

His accedit S. Thomas: *Perfecti, inquit, vivi ex infirmitate carnis incidunt interdum in aliqua peccata.* 2. 2. q. 4. ad 3. venialia. Vbi vox, interdum ostendit, non defraudeat, sed de rariss. cum loqui peccatis, a perfectis viris committi solitus: posunt ergo diu ab eis abstineri, si raro in eâ labuntur, seu quod idem est, si interdum laborent.

Et explicando modum viuendi perfectorum, clarè indicat eos ita viuere, ut raro peccent. Sic autem 6. id enim corp.

§ 84 enim corp.

enim ait: Ad perfectos pertinere ea qua agunt, secundum regulam rationis ordinare, secundum illud: omnia honeste & secundum ordinem sicut in vobis. Et praecepit hanc cautelam adhibent in his, in quibus non solum ipsi offenderent, sed etiam alii offenditionem pararent. Et siquidem in eorum manifesto dictis factis, aliquid ab hac moderatione debet hoc provenire ex infirmitate humana, secundum quam à perfectione deficiunt, non tamen in tantum deficiunt, ut multum ab ordinatione recedatur, sed modicū & leuite, quod non est tam magnum, ut ex hac ratione possit ab alio sumi peccandi occasio.

291. Et ad 3, respondens ad Objectionem, quā probatur scandalum actuum reperiri in viris perfectis, quod S. Thomas ibidem negat reperi, sicut nec scandalum passuum, ait, quod peccata venialis perfectorum praecepit consenserit in subitu mortibus occulit; si qua verò etiam in exterioribus dictis vel factis, peccata venialia committant, tamen lenia sunt, ut de se scandalizandi virtutem non habent. Qui modi loquendi, non possent confitesci, si perfeceti peccarent sive venialiter, frequenter enim venialia & vitam valde tepidam peccantium demonstrant, & scandalum actuum praebent imperfectis & tyronibus, & viros perfectionis valde studiosos offendunt & contristant, ut & Superiores suos.

292. Quocirca inter priuilegia valde singularia hom. 3, 15.
Januar. reponendum est, rarus per longum tempus in peccata venialia, & quidem indeliberata lapsus, quandoque per surreptionem, ex humanæ mentis infinitate & huīus vitæ conditione contingens. Hoc videtur asserere S. Macarius Ægyptius ab Ecclesia in Romano Martyrologio & à Baronio in notis ad illud Laudatum, qui cum docuisset, bellum gerere cum mente nostrâ, neque consentire neque componere cum cogitationibus prauis, & in nostrâ potestate esse (non sine tamen auxiliis Diuinæ gratiæ) certare, resistere, vulnerare, cedere (scilicet inimicum diabolum) non posse tamen hominem facultate propriâ (scilicet cum ordinariis Dei auxiliis) peccatum radicis euellere & extirpare, sed hoc sibi Deo conuenire, & ad solam diuinam potentiam pertinere. Tandem post multas luctas & certamina, quod Dei potentia concedat aliquibus, subdit: Quemadmodum si domum tuam latro accesserit, tibi molestus esse non desinet, nec sine te securè aggere, tu verò illi resistere incipes, & cedes atque caderis: ita debet animare: fustere, repugnare atque occurrere: quod superest voluntas illa repugnans, & labore gemitus & molesta superior evadere incipit, cadit, & resurgit. Denou peccatum, decem aut virginis confidibus denuo animam, superat ac prosternit, anima verò successu temporis è semel perire, ut vincat peccatum. Iterum illa se sustinuerit, nec se remiserit, paulatim superior esse incipit, & discernere, palam deniq; reportare contra peccatum. Sed in iis strictè adiuantur, tam diu peccatum evenerit hominem, donec etias sit in virum perfectum, in mensuram etatis, & tum perfectè vincet mortem.

Quo in loco duo notanda sunt, Primò S. Ma²⁹³ carium non loqui de victoria tantum peccatorum mortalium, ab his enim multis Sanctos ne semel quidem vi^os esse certissimum est, vii constat ex Bulla Canonizationis de S. Dominico, & S. Petro Martyre. S. Macarius autem ait, sive per peccata quemvis nondum perfectum à dæmonie vinci, ergo manifestum est, cum loqui de venialibus. Secundò, notandum est, cum non agere eo loco de certa specie peccatorum tantum, sed expresse ait esse infinitas species à quibus cauendum est, cum ergo de his asserat solius Dei potentia acquiri extirpationem eorum, & victoriam de illis, de omnibus speciebus peccatorum venialium id asseritur, & non tantum de paucis. Non obstat autem victoriae de peccatis rarus in aliqua lapsus, à quo Christo & B. Virgine exceptis, nullos omnino fuit immunis, quia ut est regula iuris, parum pro nihilo reputatur, & una hirundo non facit ver.

Tandem ne quis desperet se id posse asseri, ed quod aduersarij dæmon, videatur esse in pugnando potentior nostrâ animâ, subicit contrarium: Mens, inquit, ut sapienti diximus, aduersaria est, parem² tum potentiam aduersi peccatum quā contradicere possit & resistere cogitationibus. Quod si dicas fortiorē esse potentiam aduersarij, & vitum, homini planè dominari, Deum constituis iniustum &c. Proinde nos assertimus mentem aduersario esse facultatem parem sed beneficio diuina gratis. Tandem modum tradit prosequendi hanc de peccato victoriam. Itaq; anima, qua summo studio implorauerit auxilium Diuinum, consequetur illud, non sine remunerazione digna, habebitur, que liberationem mereatur. Certamen enim & lucta inter aquiles conficit.

Idem hom. 4, sic loquitur hoc ipsum confirmans: Anima qua ob summum desiderium & expectationem fidem atque dilectionem, digna fuerit habita, qui recipiat illam supernam virtutem (semper castum spiritus dilectionem), & quae castum ignem immortalem vita fuerit adepta, ab omni dilectione huīus mundi reuera solutur, & ab omni laqueo nequit liberatur. Quemadmodum enim ferro, plumbi, auro, vel argento in ignem coniectu, resolutur corum dura natura, & in molliorem mutatur, quantoq; diuina in igne permanescit, tantò magis solutu et mutatur à sua natura duritate, per virtutem ignis calidam, sic & anima qua mundo abrenunciauerit, solum Domum desiderans, omni animi per investigatione, studio atque contentione, & ex fide ac spe sua, expectatione indeficientem in illum contulerit, illum ignem castum, diuini atque spiritualis amoris consecuta, tum verè à mundo exsolutur, & ab omni vito affectionum liberatur, & cuncta à se repellit, procul mutato naturali ipsius habitu atque peccati duritate, reliqua omnia pro superfluis habens, in solo Sponso celesti, quem ritupit quiescens, per ardenter & inenarrabilem ipsius dilectionem.

Dico ostendit, posse iustos, cum speciali valde ²⁹⁴ Diuina

CAPVT SECUNDVM.

Per diligentem custodiā sensuum & potentiarum internarū nostrarū, homines Deus preseruat à frequenti in peccata venialia lapsu.

Deo supra De S.Thoma Aquinate scribit noster P. Alvaro del Paz: *Memoria proditum esse, eum, nunquam suam puram animam, inanis gloria leui peccato infusa. Et tamen difficultatum est, ab inani gloria esse immunem. Vnde S. Ambrosius ait: Frequenter vanitatis effusione mentem occupari, & quidem tam valida occupat, vt dicat S. Bernardus: Esse in peccato primam, & in conflitu postremam. Quod etiam Cassianus affirmat.*

Hinc apud Cassianum Abbas Theonas, inter genera peccatorum, in quæ etiam Sancti labuntur, ponit: *Subtili canodoxie intillatione pulsari. Si ergo per Christi gratiam potest quis tota vita à vanitatis & superbia macula ad expugnatum difficultate, esse immunis, multo magis ab aliis non ita difficultibus peccatis.*

De Theona & Beone Abbatibus scribit Marcellus abstinentie mendacio. De S. Chrysostomo in Prato spirituali scribit Sophronius, cum post Baptismum, nunquam iurasse, vel quenquam irrate compulisse, nunquam esse mentitur, non dixisse scutellia, iocos non admisisse. Et Cardinalis Bellarminus nostro Praeposito Generali P.Motio Vitellesco dixit, ut scribit Fuligatus in illius vita, *se ne in pueritia quidem vnguam esse mentitur, & tota vita. Quod etiam de P. Gonzalo Sylueria scribit Nicolaus Godignus, eius Pueritiam describens. Nam enim tunc doctore Numine cognobebat vilius & abiecti animi esse, quacunq; de causa falsa pueris dicere, cunq; mentiri per se turpe sit, tum vero nobilis viro, cuius magnum ornamennum, simplex veritatis assertio est, multo esse turpisimum. De Eparminundo quoque & Sacerdote Egyptio quodam scribitur nunquam fuisse mentitur. Nam etiam ethnicos Deus iuuabat sua gratia auxiliis. Abbatem Hor nullum verbum otiosum dixisse, nulli maledixisse, nunquam circa necessitatem locutum fuisse scribit Palladius in historia Lausiaca. Idem ibidem scribit, Abbatem Pambo sub mortem dixisse, nunquam sibi verbum ex ore penitendum excidisse. De eodem Gonzalo Sylueria idem loco supra citato scribit, in tota pueritia eam seruasse animi moderationem, vt quæ est in magnis viris perratur, neminem vnguam, neque ex suis, neque ex alienis re aut verbo vel leuiter offendit. Quod si talis in pueritia fuit, quanto magis in maturâ annis & pietatis studiis virtute. Et tamen his abstinere linguæ virtus, spectato ordinario hominum curlo, difficile & veluti impossibile videtur. Hinc S.Iacobus Apostolus ait: *Linguam nullus hominam dormire potest. Et S. Gregorius: Quis inquit, iniurijs potest, qui quamlibet perfectus sit, de otioso tam sermone non peccet. Si ergo haec peccata possunt Christi gratia vitari, vera est nostra conclusio, etiam de aliis.**

Primo ex parte nostra, conducit ad hoc diligens custodia sensuum, & potentiarum nostrarum, ne occasionibus extrinsecis & tentationibus intrinsecis cedant. Pulchritudo hoc explicat.

*h. 4. to. 4.
Bib. SS. PP.*

S. Macarius senior exemplo incidentis per loca nemora & spinis & luto plena, ubi reuerberet ignis; gladiis, sint affixi, precipita & aqua non paucæ, que loca si quis aeris & diligens, habens oculum pro duce transgrediatur ex omni parte continens vestem suam, ne inter nemora & spinas discerpatur aut luto maculetur, aut discindatur à gladio, ne per precipita dilabatur, aut demergatur aquis, ab oculo rectè ducatur, sibi diligenter attenderis, se ipsum conseruat ille sum & vestimentum suum, non ipsis, neque fractum: secus, si piger, remissus, socios tardus & ignavus, per talia loca gravidatur, vestis eius hinc & inde defluens, in nemora & spinis delapsa dissipatur, aut ab igne exuritur, quia non rudiq; viriliter eam teneat, aut ab affixis ensibus scinditur, vel polluitur luto. & circums perdit præclarum illud & nouum vestimentum, propter negligentiam, ignauiam & incuriam suam. Imò etiam, nisi rectè & diligenter oculum adhibeat, etiam ipse in vallem precipitabitur, aut aquis submergetur. Ad eundem ferè modum anima, quæ corpus gestat veluti quoddam præclarum vestimentum, prædicta facultate discernendi diligente totam animam cum corpore transiunt, per nemora & spinas vita, per lutum ignem & precipita, hoc est desideria & voluptates, & reliqua huius seculi absurdia; ex omni parte debet cum sobrietate, zohore, studio & diligenti, coercere & conseruari se ipsam, corporeumq; indumentum, ne discipetur ab huius mundi nemoribus & spinis sollicitudinum, negligentiarum, & distractionum terrenarum, aut ab igne concupiscentie exuratur, ea inquam veluti induit, oculum auertit ne prava videat, similiter & aurem subducit, ne detractiones audiat, & lingua, ne vano loquatur; manus & pedes, ab omnibus prauis operationibus. Auerit quoque se ipsam anima, ab occupationibus malis, conseruans, ut ne cogitationes per mandum volarentur, hocq; modo, summo cum labore, ac studio colibens vndiq; diligenter membrum corporis, à virtus minimè disipatum, non adustum, neque luto maculatum conseruat præclarum corporicum indumentum. Ipsa deniq; per voluntatem illam cognoscendi, intelligendi, & discernendi pertinet, ac ut plenè dicam, per virtutem Domini conseruabitur, que se ipsam pro viribus coeret. & ab omni desiderio mandato revocat: & sic a Domino caput auxilium ut vere custodiatur à predictis malis. Vbi enim Dominus confinxerit quendam strenuè declinante voluptates vita atque distractiones, solitudines crassas, laqueosq; terrenos, & occupationes cogitationum

NICOLAI LANCICII OPUSC. SPIRITUAL.

tionum variarum, præbet illi auxilium peculiare gracie, animamq; illam, qua presens sacram nequam, vi-
rititer transmetat, conservat illas.

Huius diligentia ex parte nostra adhibenda
præclarum exhibuit exēplum N.S.P. Ignatius,

l.3. cap. 1.

h. 1. de Sau-
le & Daui-
de.

quia vt scribit Maffeius in eius vita: Erat in per-
petua quadam vigiliâ, contra omnes rerum mortalium

illecebras, & otiosam mentis euagationem. Hoc &
alij Sancti in more habuerunt. Nam vt ait S.

Chrysostomus: Huiusmodi sunt Sanctorum anima,
priusquam ad peccatum perueniant, refranantur, eo
quod sobria sint, (sicilicet, quoad vsum immoderatum
creaturarum) semperq; vigilent. Vigilandum
est autem tum contra vitia illa, quibus maximè
obnoxij sumus, tum contra dæmones, qui in-
trinsecus per passionum motus, & extrinsecus
per varia sensuum obiecta nos inuidunt.

Agnouit hoc & Seneca: Videamus, inquit, quid
sit quod nos maximè conciter. Alium verborum, alium
terum consumelie mouent. His vult nobilitati sua, hic
forma sua parci. Ille elegantisimus haberi cupit, ille
doctissimus: Hic superbie impatiens est, hic conumacæ:
Ille seruos non putat dignos quibus irascatur, hic intra-
domum fauus est foris mittit. Ille rogari, iniuriam iudi-
cat, hic non rogari consumeliam. Non omnes ab eadem
parte ferimur. Scire itaque oportet, quid in te imbe-
cillum sit, ut id maximè protegas. Hoc ipsum incul-
cat S. Gregorius Papa l.5. mor. c. 31.

ser. 116.

297.
l.3. de ira
cap. 10.

Et S. Theodorus Studita milites hac in re
imitati iubet. Expedi, inquit, constituta habere, qua
formides, ante terrorem; vt egrediè bello commisso pro-
deamus in aciem. Facilius est enim animus vinci, impa-
ratus, qui haud procinctu derepente inest certamen.
Quod ipsum & N.S.P. Ignatius suadebat, præ-
cipue iracundia obnoxii l.3.c.1. Maff.

Sed, et si nullis essemus ex natura depravata
vitio obnoxij peccatis, solus noster hostis diabolus
magnum exigit à nobis vigilantiam & no-
stri custodiā. Scitis, inquit S. Chrysostomus,
quia hostem habemus perpetuum & foderis nescium.
Vnde nobis magna vigilantiâ opus est, ita vt eius fra-
des vincere, & superiores eius telis constituī possemus.
Neque enim vi sua & necessitate nos vincit, sed dece-
ptione sola. Non autem decipiēmus, si parum esse vigiles
voluerimus, & nosmetipſos attenderimus: non quid no-
bis tanta sit potestas, sed quia tunc superna gratia no-
bis affulget. Nam si quod nostrum est fecerimus, sequen-
tur & omnia qua Domini sunt.

l.3. cap. 1.

h. 6. o. in
Gen.

Ad hanc vigilantiam speat, intenta custodia
sensuum, quam ibidem in S.P.N. Ignatio Maf-
feius commendat. Hinc siebat, vt quemadmodum
idem ibidem de eo scribit: Non minus accu-
rate animum ab omni labore tuebatur, quam qui pre-
tiosi ornati vestibus rite lutulent cogunt incedere.

298.

hom. 8.

Secundum medium ex parte nostra est, frequens
& perpetua imploratio Diuini auxilij ad fugam
peccatorum, & præseruationem ab iis, necessarij. Nam vt ait idem S. Macarius ibidem: Si Do-
minus cum inter homines versaretur bonitate sua cacos
fecit videre, curauit parslyicos, morbos omnes sanauit;

quando magis animam ad ipsum conuersam, atque ab
eo misericordiam implorantem dirige, & ad letam
affectionum vacuitatem, statumq; omnis virtutis &
mentis renouationem reducit sanitatem redditam: & ce-
lerius ac promptius anima immortalis atque incorru-
pibili, quod corpori mortali concederet liberationem
ab omni vicio, vitiisq; affectionibus, velut medicam
expurgationem, ut qui nos admonitus sine pudore astute
& importune ab ipso postulare debent donum.

Et ita S. Ephesus scribit de S. Abraham Ere-
mita cum ei dæmon in habitu adolescentis ap-
paruisse, inter alia exprobrasse dæmoni, quod
beneficio gratia Christi, una diligentium Deum o-
ratio sic te persequitur & deturbat, quemadmodum
puluis a vento insectatus dispergitur. Haec eo dicente,
confestim ille evanuit.

Scribit Roffinus l.3. de Vit. Patr. n. 208. Dicete Rolp. 15
solutum Abbatem Ioannem: similem debere esse a soli-
monachum homini sedenti sub arbore, qui respiciens se. 209.
ras diuerias & serpentes venientes ad se, cum non po-
terit eis resistere, ascendit in arborē et evanuit. Ita
& monachus sedeat in cellâ sua, & respiciens praus
cogitationes venientes super se, cum non poterit eis
resistere, confugiat per orationem ad Dominum & sal-
uabitur. Idem dicebat: similem debere esse monachum
homini habenti ignem à sinistra, & à dextra aquam,
quoties enim successus fuerit ignis, tollit de aqua, &
extinguat illum. Sic oportet & monachum facere om-
ni hora, vt quandicunque cogitatio turpis succensa
fuerit ab inimico, tunc aquam orationis effundat, &
extinguat illam.

Et lib. sexto de Vitis Patrum num. 20. Cum Rolp. 15
quidam frater interrogasset abbatem Isidorum, Si-
thinensem de cogitatu fornicacionis, respondit ei senex:
Quod quidem veniat cogitatio fornicacionis, animum
conturbans & occupans, sed actuū implore non praen-
tans, neque proficiens sed tantum impedit ad virtutem:
sobrius autem vir à se eam discutientis ad orationem sta-
tim convernitur.

CAPVT TERTIVM.

Frequens imploratio diuini auxilij ad pre-
seruationem à peccatis necessary, condu-
cit ad vitanda frequentia peccata ve-
nialia.

Quod circa dixit S. Chrysostomus, Impossibile 159.
hominem congruo precarem studio (& vt ait h. 7. ad
h. 4. de Anna) hominem quâ decet alacritate precan-
tem, & assidue Deum orantem, Deoq; continuè supplican-
tem, unquam peccare, unquam in peccatum incide-
re. Id quâ ratione fiat, inquit S. Chrysostomus, tam
dicturus sum. Quid mantem suam accendit, & animam
erexit, tanquam ad caelestia migraturam, atque ita
Dominum suum inuocauit, peccatisq; in memoriam
reduxit, de eorum remissione collocutus est oblatione,
vt placatus ac propitius sibi esse dignetur, is post tales
orationes, omnem presentis vita curam abicit, & per tri-
guia.

gint, ac supra omnes humanas affectiones extollitur: & siue inimicum post preicationem viderit, iam non tanquam inimicum aspiciet: siue mulierem formosam, inuolatus ab eius aspectu permanebit, durante adhuc ignicula per preicationem intus accenso, & omnem absurdam cogitationem a se propellente. Sed quoniam homines cum simus faciliter ad segnitiem relabimur, ex atra vna altera aut tertia post preicationem horum, ubi senseris pristinum illum feruorem paulatim frigescere, recurre, quanto yus ad preces, frigescemus, memorem rursus accende. Id si per totam diem feceris, per inter nalla crebris preicationibus te ipsum accendens, non dabu occasionem diabolo, aut vilium ad tuas cogitationes adiutum. Et quemadmodum in apparando prandio, quies calido potu opus est, si aqua parum caleat, ad secundum admotam eam calefacimus, ita & hic faciendo est. & os nostrum ad preicationes quasi ad prunas ad mouendum, ut hoc pacto mens ad pietatem rursum accendatur. Amitemur etiam fabros clementarios. Hi enim quoties lateritus paries exedificandus est, in veteri etiam tum structura, eum longuris interfulcum, id que non per longa interstitia, sed & modica, ut copages laterum tauri sit ob lignorum frequentiam. Idem ipse quoque facito. Et quemadmodum illi astringendo adiutoria ligna inserunt, ita tu secularibus negociis preicatione crebras interponens, vitam tuam hoc pacto sepisto. Quod si feceris etiam plurima procella ingruens, suetationes, siue mactitiae, siue cogitationes molestiae, siue quodvis aliud, nihil deciere poterit domum tam cibis preicationibus sufficiat atque munitam.

300. Ideo S. Bernardus tradens modum fagiendi peccata grauiora & fæda, dum se ingerunt fæcagoti, cogitationes, que, inquit non sunt tanquam lutum aut limus, sed tanquam immundissimum ac fætidissimum catum, quod nec admittere quidem vlla ratione debemus, sed a longè prefigente fetorem. & tota virtute repellere, soto animo propulsare, hoc remediu & antidotum huic veneno tradit. Conuerti statim ad genitus lacrymis atque suspiris invocantes spiritum, qui adiuuat infirmitatem nostram. Intercationes enim maximè opus habemus Divina gratia auxiliis, ad peccata libidinis auertenda, iuxta illud Sapientis: Nemo potest esse conuictus nisi Deus det. Cum ergo naturæ viribus vincire nequeat fæda & grauis tentatio, oratione quadruplicem est supernum auxilium. Nam vt ait S. Augustinus, & ex illo Concilium Tridentinum: Admonei nos Deum, facere quod possumus, & petere quod non possumus, & adiuuet ut possumus. Ideo enim ibet quadam quia non possumus, inquit idem alibi: vt sciamus quid ab illo petere debeamus. Petendum est autem magno conatu. Quia vt scripsit S. Innocentius I. Papa ad Concilium Carthaginense: Nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, ne quicquam terrena labis & mundani corporis vincere conamus, eum pares nos ad resistendum, non liberum arbitrium, sed Dei solam facere posuit auxilium. Quoniam vero teste Apolto Petro, Adversarius noster tanquam leo rugiens, circuit quarens quem deuoret. Et, vt ait S. Leo Papa: Nonit cui adhuc

beat asper cupiditatis, cui illecebras gule ingerat, cui apponit incitamenta luxuria, cui infundat virus inuidie. Noxit quem nōcōre contubet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione seducat. Omnia discurrit consuetudinem, ventilat curas, seruat affectus, & ibi causas querit nocendi, ubi quemque viderit studiosus occupari. Et vt decipiat, est semper insomnius, vt scribit S. Isidorus Pelusiota, frequenti l. 2. ep. 164. & seruentis oratione munendus est animus: ne ab eo per peccata suggeri, a vincatur. Merito Itaq; S. Zosimus Papa, S. Innocentij successor, in epistola, cuius memini. Cælestinus Papa in epistola ad Gallos: Quod, inquit, tempus interuenit, quo eius non cap. 9. egemus auxilio? In omnibus igitur actionibus, causis, cogitationibus, moribus, adiutor & protector orandus est. Superbum est enim, vi quidquam sibi humana natura præsumat, clamante apostolo: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed contra Principes & potestates &c. Sed ea oratione vincuntur. C. 7. de ora. Quia vt nos animat S. Cyprianus: Quicquid suppliciter cum timore & honore Dei petitur, ipsius pietate prefatur.

CAP VT QVARTVM.

Fugare rerum mundanarum, & studium Deo seruandi, ac desiderium proficiendi in virtutibus, & nouissimorum memoria, iuvat ne in frequentia peccata labatur.

Tertium medium proponit idem S. Macarius 301 ibidem, fugam rerum mundanarum, & perpetuam quodammodo Deo adhesionem per studia virtutum. *Anima*, inquit, Dei auxilio digna censerit, quod reliqua omnia pro nihilo dicit, & in nullâ re huius mundi requiescit, expellans donec requietat & letetur in fruitione benignitatis diuina: atque hoc modo, beneficio eius fideli donum caeleste consecuta, suum omne desiderium per gratiam in spe indubitata collocat, sollicita, vt religio vita tempore congrue & conuenienter Spiritui Sancto inferuat, quotidie promouens quod bonum est, in via iustitiae perdurat, ad finem usque firma permanens, nullo modo propendet in vita, & nullatenus gratiam contristans, salutem eternam meretur cum omnibus Sanctis: ut potest que veluti illorum iam socia & comes, eorum imitatione conuersatur in mundo. Et alio in loco: Pergantur, h. 9. fin. ea est anima, qua tota penitus se ipsam Domino dedicavit, & illi soli adharet, ambulans in eius preceptis sine vila obliuione, & aduenientem ac obumbrantem Spiritum Christi honore digno prosequendo, meruit cum ipso in unum spiritum & unam massam euadere, sicut ait Apostolus: Qui adharet Domino unus spiritus est. Si quis autem se ipsum dedat curis, vel ambitionibus, aut dignitatibus humanis, honores curet, & hac iniquitat, animaque eius cogitationibus terrenis permisceatur & confundatur, aut aliqui rei ad hoc facultum pertinenti si deuinctus, desideretque huiusmodi anima trans-

filiere,

silve vitare, atque expellere affectionum tenebras, in quibus detineatur à potestatis iniquis, minimè potest. Proptereaq; diligit & facit voluntatem tenebrarum, neque perfetto studio prosequitur studia nequitie.

303.
f de laude
Dei co. 5.

Pulchritè hoc illustrat S. Chrysostomus: De mon de loco inferiore nobis infert bellum, qui à rebus infinitis, vt à voluptatibus, à diuitiis, & presentibus his vita boni nos impugnat: verum si quem viderit subnolantem ad celum, & superiora tenentem, primum neque hunc subsequi sursum versus saliendo poterit, deinde se id facere fuerit enīs, celerrimè casurus est: caret enim pedibus, caret alis, humi reptat, terrenis in rebus versatur; in quibus si nihil tibi erit cùm eo commune, erit sane labore vacua: nec enim ille nouit in apero vel in faciem pugnare, neque secus atque anguis latitans, diuitiarum se latebris occultat. Et hoc, 15. ad popponderans illud Eccl. 9. Agnosce quod in medio laqueorum transis: Vndeq; cùm diligentia perscrutemur, undiq; laquei, ne deorsum ergo volemus, sed superiora queramus. Etenim voluntia donec altum acerem secant, non facile capiuntur, ita tu donec ad Superiora respxeris nec laqueo, nec vltis facile capiri insidiis. Venator est diabolus. Fiasigitur ipsius lustris sublimior, in altum ascendens, non amplius vltiam rerum admirare humanarum. Vide reliqua col. 4. Hoc ipsum scriptum reliquit S. Teresa in lib. Fundationum c. 4. Impossibile mihi, inquit, videtur, vt qui veram abnegationem omnium creaturarum habent, Dominum offendant, cum omnia eorum opera & verba, ab illo ne vel minimam discedant: vnde etiam Mæstas ipsius, ab iis se subtrahere nolle videtur.

304.
q. 24. de
verit. a. 9.
ad 1.

Quatum medium recentet, insatiabile desiderium proficiendi in virtutibus, coniunctum cùm vili opinione de se ipso; S. Thomas disputans per qua media Beati in celo nunquam peccant, sed sunt confirmati in gratia, tandem subdit: Affectus peruenit ad finem, non solum quando finem perfecte posidet (vii Beati) sed etiam quodammodo quando ipsum intense desiderat. Et per hunc modum, aliquo modo in statu vie aliquis potest confirmari in bono. Huiusmodi, inquit S. Macarius; anima, merentur ab affectionibus redimi, accipiuntq; perfectam illuminationem & participationem Sanctorum arcani Spiritus ac mysticae Societatis in plenitudine gratia. Vacuitas autem ab affectionibus, que sunt causa omnium peccatorum, & plenitudo gratiae, sunt duo sufficientissima praesidia ad rancum in peccatum lapsum. Et tandem subdit: Talem animam confidere sine dubio per gratiam Spiritus se plenè liberatum iri à peccato, & tenebris affectionum, vt purificata per Spiritum, & anima & corpore sanctificata, vas purum euadere mereatur, ad suscipiendam caelestem unitatem, in quo manere dignetur, caelesti ac verus Rex Christus. Et tum effectur digna caelesti vita, & inde sit habitaculum parum Spiritus S. Verum vt ad eum usque gradum perueniat anima, non est promtum, neque sine probatione contingit, sed cum laboribus & certaminibus multis, per longa temporum spa-

tia & studia, cum probatione & temptationibus variis, spirituale incrementum & promotionem accipi, pertingendi ad, prefatam mensuram evacuationis affectuum, vt ad omnem temptationem, que à vitiis suggeritur, alacriter & viriliter perdurans, summas honores & spiritualia charismata, diuitiasq; celestes consequatur.

Quantum medium tradit Spiritus Sanctus, me. 33. moriam nouissimorum: In omnibus operibus tua memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis, Vnde bene S. Climacus narrat quendam Monachum negligentem, eum fuisse mortuus, & ad vitam reduxisse, inclusisse se in cella, & per duodecim annos cum nullo locutum esse: nil praeter panem & aquam gustasse: & tantum ea quæ in excessu viderat cùm lachrymis animo voluntatesset ante mortem requisitum, dixisse: Nemo, qui re vera mortuam agnoscit, peccare vnuquam poterit. Sic Cassianus Coll. 16. c. 6. Generale, inquit, visiorum omnium peremptorium est, vt se de hoc mundo credat quotidie migraturn. Hec enim persuasio vniuersos concupiscentiarum ac peccatorum omnium comprimeret motus. Hinc S. Pa. 45. Vnde chomius postquam per Angelos eleutus a terra Dominum Iesum in spinea corona sibi apparentem vidisset, tenuerit ad se ex rapta, conuocatis suis discipulis inter alia monita haec illis dedit: Ante omnia, pre oculis habeamus ultimum dñs, & momentis singulis aeternorum dolorum supplicia formidemus. Nam qui semper hac cogitat, puritatem mentis obtinet, humilitatem cordis acquirit: vanam gloriam respuat: omni seculari prudentia carere contendit. Philosophetur ergo, charissimi fratres, anima spiritualis quotidie aduersus crassam carnis sua materiam: omniq; circumspunctione cum ea taliter agat, pertinet ad meliora sibi consentanea. Et cùm vespre perueniuit ad stratum, singulus membris corporis sui ducat: Donec simul sumus, obedite mibi suadenti que rela sunt, mecumq; Domino cum alacritate seruite. Manus quoque suis dicat: Venier tempus, quando iactania vestra cessabit quando pugillus administrator iracundia non erit, quando palma, que ad rapinas extensa, conquiescent. Pedibus dicat: Erit quando ad iniquitatem non valebit, prorsus excurrens, quando prauitatis icimera non poteritis intrare. Cuncta quoque membra sua similiter alloquatur, & ducat eis: Ante quam mors nos ab iniuvem dirimat, & separatio qua per peccatum primi hominis accidit, implorat: certius fortiter stetmus persequenter, viriliter dimicemus, sine corpore atque pigritia Domino seruamus, risque dum rursus aduentus, & temporales abstergens sudoris nostros, ad immortalia nos regna perducat. Fundite lachrymas oculi: demonstra caro tuam nobilem feruntrem, collabora mecum in precibus, quibus Deo confitetur: ne, cùm requiescerit via atque dormire, perpetua nobis cruciamenta conqueritas. Et idem vigila semper in operibus tuis: quia si te sobrie gesseris, bonorum tibi tributio copiosa proueniet. Quod si negligenter, tormentorum genera miseranda te succident: & tunc audierit plularus anima deflentis ad corpus: Heu me, quia colligata

b. de S.
Diod. mat.

Eccl. 7.
Colla.
ap. 6.

colligata sunt tibi; & propter te ponam perpetuae condemnationis excipio. Si haec intra nos assidue retrahemus, efficiemur vere templum Domini. Et Spiritus Sanctus habitat in nobis, nea villa nos satana poterit vltius circumuenire versutis. Super decem millia quoque pedagogorum magistrorumq; doctrinam, timor Domini per cogitationes huiuscmodi nos erudit, prudenterq; custodiet: & quecumq; forsitan humano sensu non valeamus attingere, hec nobis Spiritus Sanctus insperabit. Nam quid oremus, vt beatus ait Apostolus, si cui oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis genitibus inenarrabilibus.

306. Sic & S. Antonius docebat c. 19. vita: Ad inertiam calcandam Apostoli precepta replicemus, secundum se mori quotidie testabatur; similiter & nos humanae conditionis vitam anticipem retractantes non peccabimus. Cum enim excitatis a somno, ad vesperam nos peruenire dubitemus, & quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus aduentum, & ubiq; natura ac yra incerte memores, Dei nos prouidentia intelligamus gubernari, hoc modo non delinquemus aut aliquam frangili cupiditate raptabimur: Sed nec irascimur quadem aduersus aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus: quin potius metu quotidiani recessus & se iungendi corporis ingi meditatione omnia caduca calamibus. Cessabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium, intuicem nobis debita nostra donacionis, ante oculos semper habentes ultima retributionis aduentum, quia maior formido iudicij & penarum timor horridus, simul & labria carnis incentiva disolut, & ruentem animam tanquam ex aliqua rupe sustinet. Et S. Chrysostomus: Si perpetuo ac singulari diebus, quam incertus sit obitus premeditemur, hanc facile peccata committemus. Propterea Sapientia admonet quifiam dicens: In omnibus sermonibus tuis memorare nouissima tua, & in eternum non peccabis.

Et Abbas Chæremon apud Cassianum: Tria, inquit, sunt, que faciunt homines à virtute temperare, id est, au metus gehenna, sive presentium legum; aut spes atque desiderium regni colorum, aut affectus boni ipsius, amorq; virtutum. Nam timor ita malum contagium legit exercari: Timor Domini odit militiam. Spes etiam, viatorum omnium excludit incursum. Non enim delinquent omnes qui sperant in eum. Amor quoq; ruinam non metuit peccatorum, quia charitas nunquam cedit. Et iterum: charitas operis multitudinem peccatorum. Et indecirco beatus Apostolus omnem salutis summan in istarum trium virtutum consummatione concludens: Nam, inquit, manent fides, spes, charitas: tria haec. Fides namq; est, que futuri iudicij ac suppliciorum mea vitiorum facit contagia declinari. Spes, qua mentem nostram de presentibus auocans, vniuersas corporis voluptates celestium praemiorum expectatione consernit. Charitas que nos ad amorem Christi & spiritum virtutum fructum mentis ardore succendens, quicquid illi contrarium est, toto facit odio detestari. Sic & S. Gregorius Papa l. 13. mor. c. 10. Perfecta vita, inquit, est moris meditatio, quam dum iusti sollicitate peragunt, culparum laqueos euadunt, vnde scriptum est: (Eccl. 7.) In omnibus operibus tuis memoria-

Lanciū Opus, Tom. 2.

rare nouissima tua & in aeternū non peccabis. Vnde & B. Iob, quia dies hos considerat breuiari, & solum sibi superesse sepulchrum pensat, apie subiungit, non peccauit.

CAPUT QVINTVM.

Per sanitatem affectionis, & affectus divine charitatis, & per moderationem passionum, ac diminutionem somnis impediuntur frequentia peccata.

Sextum medium est sanitas affectionis: sic S. 307. Augustinus scribit, se tribus modis à peccato conservatum: scilicet, occasionis subtractione, restringendi data virtute, affectionis sanitatem. Sanitas autem haec affectionis, est aulico affectu à rebus terrenis & deliciis mundanis, plena adhäsio ad Deum, & occupationes diuinæ, quam Deus solet seruis suis concédere tam vehementem, vt sentiant in le exynione cum Deo nasciam sensibilem omnium oblationum mundanatū, quæ etiam sine peccato admitti possent. Peccata enim, vt plurimum, oriuntur ex aliquo ad res terrenas affectu: qui ergo per sanatam à Deo affectionem caret his affectibus, & Deo adhæret, habet à se Dei beneficio amputatas causas lapsuum in venialia peccata. Hoc ita explicat S. Thomas in quæst. disp. q. 24. de verit. a. 8. Si fiat perfecta vnio liberi arbitrii cum Deo, ita vt ipse Deus sit liberi arbitrii tota causa agendi, in malum flecti non poterit, quod quidem in aliquibus contingit, & præcipue in beato.

Septimum medium est plenum affectibus Diuinæ charitatis, quos Spiritus Sanctus in homine tunc excitat, cum occurrit aliqua occasio peccati. Hac ratione B. V. Maria se præscrivatam dixit ab omni peccato S. Brigittæ: Tam affluenter me rotam replete Spiritus Sanctus, quod nihil in me cap. 8. vacuum reliquit ad peccati aliquid introitum. Et ideo ego illa sum, quæ nunquam commisi peccatum veniale vel mortale. Ego quippe in charitate Dei tam ardens eram, quod nihil nihil placuit nisi perfidio voluntatis. Feruebat enim in corde meo ignis Diuina charitatis.

Sunt aliqui, inquit B. Laurentius Iustinianus de institut. & regim. Prælatorum c. 14. quamvis non multi numero, comparatione certiorum, in omni virtute probati atque perfecti, qui pro consuetudine exercitatus habent corporis & anima sensus. Hi quidem pugnam sentiunt, sed impugnatur nequaquam etiam in pariis, voluntatis assensum præbent: tum quia Spiritus S. in habitanti gratia sunt edicti: tum quia caritatis sunt vehementissimæ flammæ successi: que profecto illos roborat in certamine, ad profectum virtutis impellit, mentem trahit ad Christum & meritorum coronat triumphis. Et c. 21. Qui ardentes diligent, rarus peccant, (loquitur autem de venialibus peccatis) cauti viuant, incedunt accuratius, velocius surgunt, clarius agnoscent.

T t

Et

309.

Et ita apud Cassianum Collat. 1. c. 6. Abbas Chæremon inter tria qua faciunt homines à virtus abstinere, scilicet peccatum mortuum, & spem præmij, tertio ponit boni affectum, qui ex charitate Dei procedit. Quæ tria, inquit, scilicet fides & spes, & caritas, licet ad unum finem tendere videantur, magnus tamen excellentia sue gradibus ad inuicem dispergantur. Duo namq[ue] superiora, proprie sunt hominum eorum, qui ad profectum tendentes, ne dum affectum conceperent virtutum. Tertium specialiter Dei est, & eorum, qui in se esse imaginem Dei ac similitudinem recepérunt.

310.
13 de vit.
eovat.c.15.

Sic & S. Prolper: Si Deum ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, unde peccati desiderii seruitus. Vnde Bellarminus l. 1. de amiss. grat. c. 6. in resp. ad 1. Obiect. Interdum, inquit, perfidie dicuntur, qui semper actu diligunt Deum, & omnia quæ faciunt in ipsum referunt. Cum qua perfectione nullum peccatum ac ne veniale quidem confondere potest. Sed hac perfectione propria Beatorum est &c. Qui ergo ferre semper ita operatur, ferre semper vivit sine peccato veniali. Ideo & Calvinus in Antidot. Cōcilij Trident. sess. 6. cap. 12. ait: Quæ virtuosa cogitatio abrēperet in hominum animum, si totus Dei amore occupetur?

311.

Oblatum medium, Passionum moderationem & voluptatis fugam, proponit S. Basilius reg. 17. fusa: Si quis adhuc continentia à voluptate, se nique effemini passu sit, neque inflecti, hic sine controuersia quodius penitus peccatum effugerit. Supra autem dixerat: Qui omnibus animi sui affectionibus moderatur, neque voluptatis titillatione viliā promovetur, concuratq[ue] fortiter constanterq[ue] aduersus quamecumq[ue] prauam libidinem animatus est, hic perfectè continens est. Porro qui est eiusmodi, is sine dubio liber est ab omni peccato. Et Reg. 16. dixit: Continentiam appellamus, non si quis se à cibo penitus abstineat, quando hoc violenta quadam vita dissolutio est, sed eam, quam tollende consumacē corporis causa, pietatis ergo, de industria sequimur rerum voluptatem titillantium abstinentiam.

312.

Nonum medium est ex magno virtutum exercitio & cumulo emanans concupiscentiæ seu somitum diminutio. Benè enim ait S. Augustinus l. 2. con. Julianum c. 10. initio: Quantum ad nos attinet, sine peccato semper effemini, donec sanaretur hoc malum (scilicet concupiscentia, quæ est in membris nostris repugnans legi mentis) si ei nū quam consentiremus ad malum. Sed quibus ab illo repellante eti non lethaler, sed venialiter tamen vincimus, in his contrahimus unde quotidiū dicamus: Dismette nobis debita nostra. Hinc Suarius t. 2. in 3. p. disp. 4. l. 5. & Bellarminus l. 1. de amiss. grat. c. 6. Resp. ad Ob. 4. probans B. Virginem vixisse sine vilo peccato veniali. Nam potissima, inquit, causa, cur à peccatis venialibus omnino liberari nequeamus in hac vita, est concupiscentia illa carnis, quæ & somes à Theologis dicitur, quam ex iustitia originali amissione contraximus, à quo somite B. Virgo, ut S. Thomas in 3. p. q. 27. a. 3. in prima sanctificatione vel

plane liberata, vel (quod ipse magis probat) tamq[ue] gratia copiæ repleta fuit, vt somes in ea ligatus manent, ac deinde in ipsa Filij conceptione penitus ablatus fuerint. Atqui somes peccati per Eucharistiam minuitur, vt dicit S. Thomas 3. p. q. 79. a. 6. ad 3. In modo & per exercitium virtutum. Vnde S. Augustinus lib. 2. con. Julian. c. 4. differens de concupiscentiæ cum quo nascimur, per peccatum originale naturæ virtutatæ, reatu peccati originalis, & concupiscentia post ablatum baptismi originale peccatum, remansurâ (quæ de re toto illo libro agit) dicit: Deum regenerare hominem generum ex semine sanareq[ue] visitatum, à reatu statim (scilicet per baptismum suscepimus) ab infirmitate (scilicet somite & quod idem est, iuxta Concilium Tridentinum sess. 5. nu. 5. concupiscentia) paulatim. Et l. 1. de nupt. & concup. c. 25. Concupiscentia, inquit, carnalium (qua manet in corpore mortali huius, cuius virtuosis desideriis ad illicita perpetrandæ, non obediens precipit), ne regnet peccatum in nostro mortali corpore) quotidie ministrat in proficiens & continentibus, accedente autem senectute multo maxime. Et alibi: Cōcupiscentia surrepit tandem magis, quæ l. de pot. minus quisq[ue], & tandem minus quanto magis proficit, inquit. Et l. 2. con. Julian. c. 3. fin. disput. de passionib[us], concupiscentiæ motibus per carnem rebellam (spiritus nos impugnabit) (vt sunt ad peccata diuersæ,) dicit eas nobis ad meliora proficiens, magis magis minuitur, discende hinc anima p[er]iit: in refugiente corpore non reduratur. Et S. Thomas cum probans 3. p. q. 4. Christum non habuisse somitem peccati, dixit: id præstissime gratiam & omnes virtutes secundum perfectissimum gradum, etiam de aliis dicit: Virtus, inquit, moralis quæ est in rationali parte animæ, eam facit esse rationem subiectam: & tandem magis, quandoq[ue] perfecta fuerit virtus: sicut temperanza concupiscentib[us], & fortitudo ac mansuetudo irascibilem (vt dictum est in 2. par.) ad rationem autem somitiu[m] pertinet inclinatio sensuali appetitus in id quod est contra rationem. Sic igitur patet, quid quanto virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tandem magis in eo debilitas vis somitum. Et ad 1. Inferiores vires pertinent ad sensibilem appetitum, naturaliter sunt obedientes rationi &c. Et ideo perfectio virtutis, quæ est secundum rationem rectam, excludit somitem peccati, cuius ratio consistit in resistencia sensuali appetitus ad rationem.

CAPUT SEXTVM.

Solicitude assida ne offendatur Deus, Dei que presentis memoria, & generosa repulso tentationum nos inuidetum prodest ad vitanda peccata.

Dicimus Timor & solicitude filialis assida, 314 ne offendatur Pater caelitus. Hinc S. Gororius explicans illum locum lob. 9. Verbarum omnia opera mea, ait. Ipsa bona nostra, quæ insidianis

diantis culpe evadere gladium nequeunt, nisi solito
quotidie timore minuantur, per sanctum virum nunc
reale dicatur verebar omnia opera mea. Sic S. Chry-
sofomus: *Consideratione laqueorum in quibus incen-
dimus, per quae cum timore incedendum est, ne
offendatur Deus) peccata vitari dixit; Valdior est,*
inquit S. Bernardus, & vehementior spiritus timo-
ris ad resistendum peccato, quam pudor & dolor: quia
pudor de multitudine, & dolor de qualicunque huic
mundi consolatione capis solatium, timor vero non in-
uenit unde consoletur.

315. Undecim^m memoria Dei praesentis & omnia
spectantis. Nam vt at S. Chrysostomus: *Si homi-
nem cum praesentem intuemur, tum ad peccandum tar-
diores reddimur, sepe autem & seruos modestiores
subuerit, absurdum nihil admittimus, considera quantum
ad eum suus securitatem, si nos contigerit Deum
assidue in oculis ferre? Quis enim vnguam, inquit S.*

Mamert. in
Paneg. Iul.
Mutium Scæuolum & petens consulatum, vel-
let pro more blanditi populo, palpare obtuos
atque prensare: Queso, inquit, Mutius paulisper absce-
das, nec comitatu tuo me honestari putes, impedis ho-
norem meum: te spectante, ineptus esse non possum.

317. Si tantum praesentis & oculi hominis valent;

quid Dei si eum vi videnter nostra omnia cir-
cumferamus in mente? Et ita S. Basilius in Re-

Intell. 29.

gulis brevibus cum proposuisset interrogatio-
nem: *Quomodo poterit aliquis non irasciri? Respo-
dit: Nempe, si illud exsistet, Deum que agat, omnia a-
nimaduertere, eumque assidue ob oculos habeat, & tan-
quam in speculo contempletur. Quis est enim alterius
potestatis subiectus, qui in oculis Principis sui aliquid
auctoratus sit vnguam eorum, que ipsi non placent?*

Nota & trita sunt exempla personarum vi-
tis deditarum, viuâ consideratione praesentis
Dei compunctarum & à peccandi voluntate
abducatur, quâ de re egi in Opusculo de pra-

xi Divinitate praesentia cap. 1.

318. Duodecim^m, ingruente tentatione vel cogita-

tione de peccato aliquo commitendo, vehe-
menter statim est ei resistendum. S. Chrysostomus in Ps. 68
videnter omnia Dei, peccare noluit. *Angustia sunt
mibi vndiq; si enim hoc ego, mors mibi est: (sicilicet
animæ, que spiritualiter mortuita peccando le-
thaliter, quia vt at S. Augustinus: Habent & ani-
me mortem suam in impietate atque peccatis. Immò
ipsum peccatum, inquit S. Basilius, mors est anima, a-
lioqui immortalis) si autem non ego, (pergit Sancta
Matrona) non effugiam manus vestras. Sed melius est
mibi ab his opere incidere in manus vestras, quam pec-
car in conspectu Domini. Et ita quidam sanctus
Senex libr. 5. in Vitis Patrum numer. 17. apud
Rolvveydum pag. 575. dixit: Hac de negligentiâ
patimur.*

316. Agnouit hoc & Seneca naturæ lumine: Ma-
gna pars inquit, peccatorum tollitur, si peccaturis te-
sis affiat. Aliquem habeat animus, quem reverentur,
cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius fa-
ciat. O felicis, qui sic aliquem reveri potest, vt ad mem-
oriā quoque eius se componat atque ordinet. Qui sic
aliquem reveri potest, citò erit verecundus. Elege itaque
Catonem: si hic videatur tibi nimis rigidus, elige remis-
foris animi Lelium: elige eum cuius tibi placuit & vi-
ta & oratio: & ipsum ante te serens, & vultum ipsum
ibi ostende, vel custodem vel exemplum. Et cuncti
citat Epicuri sententiam dicentes: Sic fac omnia;
tanquam spectet aliquis: subdit: Prodest sine dubio,
custodem sibi posuisse, & habere quem respiciat: quem
interesse cogitationibus tuis iudices. Hoc quidem longe
magnificientius est, sic vivere, tanquam sub alicuius bo-
ni viri & presentis semper oculis. Sed ego hoc etiam
contentus sum, vt sic facias quacunq; facies, tanquam
Lancij Opus. Tom. 2.

Cum S. Pachomio apparuerit dæmon specie 319.
pulcherrimæ mulieris, illeque eam interrogas-
set: quomodo nunc aduersus Dei famulos non potes pra-
Vit. ualere: illa respondit: Iam tibi ante prædicti; ex quo mi-
rabilis Incarnationis Christi facta est in terris, nos sim-
ilis pro�us existere copimus: ita vt ab his qui credunt in nomine eius, illadaniur vt passeret: quod in-

telleges si cooperando gratia Dei validè initio
tentationis resistant.) Verumtamen et si infirmi su-
mus redditii, non vsque adeò gerimus otia, vt non quos
possamus, decipere moliamur. Nunquam quippe quiesci-
mus aduersa generi nostro, serentes malas cogitationes,
in animabus eorum qui contra nos decertare contendunt. Et si nobis titillantibus annuere eos ex parte ali-
quid senserimus, tunc amplius nequissimas cogitationes
immittimus, & diuersarum voluptatum incendia mi-

nistramus: & ita praliantes acerrime subintramus eos, nos tregue plenius potestati subiectimus. Si vero riderimus ea que suggestur a nobis, eos e contrario non solam non suscipere, verum nec libenter attendere, sed que quia in Christo est, vigilanter & sobrie se munire sicut famus dissipatur in aere, sic ab eorum cordibus pellitur & fugamur. Non omnibus etiam viribus nostris permittimus cum omni homine congregari; quia non omnes possunt nosros impetus sustinere. Nam si concederetur nobis passim contra omnes nostrae fortitudine depugnare, multos possemus qui nunc tuo fauens labore decipere sed quid agimus? quia iuantur precibus tuis, & virtute atque potentia Crucifixi munintur.

320.

Lib. 11. n. 53.
Ros. p. 612.
sum. 53.

In Vitis Patrum cum quidam frater venisset ad unum de Patribus, eique dixisset: quia a cogitatione sua affligeretur: dixit ei senex: Tu proieciisti in terra ferramentum magnum, quod est timor Dei, & acceperisti in manu tenere arundineam virgam, hoc est, cogitationes malas. Accipe ergo magis tibi ignem, qui est timor Dei. Et quando tibi approximabit cogitatio mala, velut calamus igne timoris Dei comburetur: neque enim preualeat malitia aduersus, qui habent timorem Dei. Timor enim Dei odit malum & viam prauam. Proverb. 8. 13. & expellit peccatum: Eccli. 1. 27. siue quod iam admissum est, inquit S. Bernardus, siue quod tentat intrare. Expellit sanè, illud quidem pente-
tendo, hoc resistendo.

321.

cap. 52.
Ros. pag.
748. col. I.

Scribit Palladius in Historia Lausiaca solitum Abbatem Apollinem docere quotidie ornari virtutibus, & machinas diaboli in cogitationibus in principio protinus propulsare. Contrito enim capite serpentis totum corpus est mortuum. Iubet enim Dominus ut obseruemos caput serpenti: id autem est, ne in principio admittamus malas & turpes cogitationes, non solum ut obscenas animi nostri phantasias deleamus.

322.

3. p. q. 27.
2. 3.

Porrò hæc vehementia resistenter, initio tentationum seu cogitationum malarum, repellens eas vel motus prauos nos ad peccata inclinantes, oritur tanquam à radice, à ratione (motu à Dei gratia) proponente vino quodam modo voluntati fidelitatem & grauitatem peccati, ac necessitatem illud vitandi. Ideo S. Thomas disputans, quomodo in prima sanctificatione B. V. Mariæ fuerit eius fomes ligatus, ait, eum non fuisse ligatum per actum rationis sua, sicut in viris sanctis, quia non statim habuit usum liberis arbitrij, adhuc in ventre matris existens, hoc enim est speciale priuilegium Christi.

323.

Bellar. 1. 5.
lib. arb. c. 7.

Sed notandum est hoc loco, istum actum rationis, quo repellitur tentatio vel mala cogitatio, et si sit actus liber noster, tamen cum in repellendis temptationibus praesertim graibus non procedere a sola virtute naturali liberti arbitrij, verum principaliter a Deo per auxilia gratiae suæ, cogitationem illam piæ excitantis, vel inspirantis orationem, quæ impremetur repulsioni temptationis, & victoria de ea. Et talia auxilia gratiae ad nouum peccatum euitandum semper

omnibus adiungit, vt solidè probat Bellarminus. Nam vt bene ait S. Innocentius Papa in ep. ad Concilium Carthaginense, (quæ est 91. apud Augustinum.) Quotidiana præstat ille præfida, quibus nisi freti confixis namur, nequam humanos vincere poterimus errores. Ita enim ait S. Hieronimus: Deus concepit liberum arbitrium, vt suum, per pauca singula opera gratiam non negaret. Quod Orosius Cordubensis solitus citati à Theologis, in materia de gratia, luculentè, expressit in Concilio Palæstino apud Diopolini habito: Mea, inquit, semper hec est fidelis atque indubitate sententia, Diu adiutoriorum suum, non solùm in corpore suo quod est Ecclesia, (cui specialia ob credentium fidem, gratia sua dona largitur) verum etiam viuens in hoc mundo gentibus, propter longanimum sui aeternamq; clementiam subministrare quotidie, per tempora, per dies, per momenta, per atomia, & cuncta, & singula. Quæ sanctorum dicta in illis temptationibus peccatorum repellendis locum habent, dum per cogitationes pias eæ vincuntur, & sic peccata vitantur: & veluti cuneus diaboli, cuneo gratiae Christi extinguitur. In quo modo vitandi peccatum & resistendo temptationi, non tantum illa superatur, sed etiam iustus aliquid à Deo meretur, ob piam illam cogitationem, si ob finem aliquem supernaturalem fiat, vel Dei amorem, vel vt obediatur Deo prohibenti illud peccatum, vel ob amorem virtutis illi peccato contraria. Et tunc Deus facit cum tentatione prouentum, vt ait Apostolus 1. Cor. 10.

CAPUT SEPTIMUM.

Dei prouidentia amouens occasiones peccatorum, & non permittens seire diabolum, & faciens nos frequentibus virtutum actibus vacare, plurimum confortat ad vitanda frequentia peccata.

Deimoto. Etsi necessarium sit auxilium Dei speciale, inquit Bellarminus, ad vindicandum temptationes, cum eæ vincuntur per internam illustrationem vel motionem supernaturalem, tamen vitari possunt peccata alii quoque modis diuinæ prouidentiæ, dum Deus renuet occasiones peccandi, vel dum non permittit diabolum seire quantum vellet. Et hac ratione, vt bene docet cuor alius Suarius in B. Virgine fuit fomes totius dicitur, tristissimam prouidentiam Dei, vel impedientem obiecta quæ possent motus inordinatos ad peccatum allientes excitare, vel negando suu concursum ad eosdem. Quamvis enim gratia & virtutes inherentes animæ B. Virginis etiam iuuerint, ne vñquam peccaret, tamen per se sole, non potuerint efficiere, vt existens obiectum & applicatum appetitu, (qui naturaliter operatur, non liberè, & dum habet omnia requisita ad

ad operandum , scilicet obiectum , & con-
cursum Dei , statim operatur) illum non mo-
neret : nisi per actualem motionem à superio-
ri potentia contineretur . Sicut enim vita non
sufficiunt ad tollendam inclinationem ad bo-
num , ita nec virtutes licet perfectissime sint ,
non possunt tollere naturalem inclinationem
appetitus ad sensibilia , interdum rationi repu-
gnantia , & motus inordinatos peccati induc-
tios excitantia . Cū autem in viā non possit
semper homo Deum clarè non videns , cū sem-
per actualiter amare , nec per rationem supe-
riorem de omnibus agendis semper considerare , nec per se queat omnes occasionses peccati
prævenire , ne appetitus exciterit prius quam
ratio vigile ; ideo necessarium est Dei auxilium ,
quod hominem custodiat , ne obiecta mala se
offerat , & ne dæmon infestet .

326. Explicat hoc S. Augustinus de peccato con-
trario castitati , quod locum habet in omni-
bus peccatis . Sic lib . 50 . hh . h . 33 . dicens : Adul-
ter non fuiſti , hoc tibi dicit Dominus Deus tuus : rege-
bante mihi : seruabam te mihi : vt adulterium non
committeres ; ſuasor defuit , & vt ſuasor deefeffe ego fe-
ci locutus & tempus defuit , & vt hac deefeffe , ego feci .
Hoc petit S. Ecclesiā in Milla & Officio Do-
minica 7 . post Pentecost . Ut noxia cuncta sub-
moueas : & Dominica 14 . vt humana mortalitas ,
tuū ſemper auxiliis abſtrahatur à noxiis : Hoc peti-
mus dicendo : Ne nos inducas in tentationem : id est ,
ne tentemur tanquam infirmi & debiles , vt
Maldonatus explicat citans pro hac ſententiā ,
Tertullianum & Cyprianum de Oratione Do-
minica , Auguſtinum lib . de bono preſen . cap . 6 .
Chryſtostomum hom . 20 . in Matth . Hoc Chri-
ſtus docuit Matth . 26 . 47 . Orate ne intreti in ten-
tationem .

327. Hoc ſpectat clauſura ædium religiosarum ,
qua de te vide Platini libr . 1 . cap . 5 . & 16 . A
multis enim peccatis per eam præſeruamur . Ideo
David ex Barſabea vifa , occaſionem tot peccatorum accepit . Vasquez verò tomo 2 . in 1 . 2 .
disp . 19 . numer . 7 . 4 . tria genera mediorum po-
nit , per quaē Deus facit , vt vitemus peccata :
nempe defectum externa occaſionis & obiecti alli-
cientiū ad peccatum defectum ſuafionis aut denigra
bonum motum & affectum quem Deus in nobis ſine nobis
operatur , hoc eft , primū motum non deliberatum
amoris aut timoris .

328. Decimoquarto , per frequentationem actionum
bonarum quaē ſemper continuatarum ,
per quas dum ſe offerti interna vel externa
species aut obiectum peccati , impeditur in-
gressus peccati & confuſus in illud . Tantum
abſinuimus à malis , inquit S. Bernardus tractat .
de vita ſolitaria . col . 28 . in quantum ad bona ſtude-
mus . Nam vt ait S. Thomas : Per quodlibet bo-
num (ſcilicet , bona actionem) potest homo
impediti à peccato . Ideo meritò S. Petrus hoc
medium ſuis ad non peccandum proponit : Sa-

Lancij Opus . Tom . 2 .

tagite , vt per bona opera reſtra certam reſtrā vo-
cationem atque electionem faciatis . Hoc enim facien-
tes , non peccabitis aliquando : id eft nunquam , ſeu
vt eft in græco ἀνὴρ ἀπόστολος , non labemini , ſeu
non impingetis : niepothniecie ſit . Ideo qui
Dei beneficio raro peccant , in perpetuā
multiplicatione bonorum operum ſe occupant , Christumque imitantur , qui de ſe
ait : Ego qua plasita ſunt ei , facio ſemper . Io-
an . 8 . 29 .

Portò ſanctæ actiones duobus modis pec-
catorum frequentiam impediunt . Primo , per
modum meriti , quia impellant à Deo gra-
tiae auxilia ad evitanda peccata . Secundo , po-
ſitione , impediendo ne animam intrent . Hinc
S. Thomas ait : Oratio & ieunium preſeruant à
quibusdam peccatis , non ſolū per modum meriti , in 4 . d . 15 . q .
quid etiam eleemosyna facit ſed per modum contraria 2 . a . 2 . ad 2 .
affuetudinis . Sicut enim lux fugat tenebras ; calor , q . ad 1 .
frigus ; ſic actio bona vigens in anima , & quaſi
locum in eā occupans , p̄cludit aditum a-
ctioni male peccati . Vnde vti ſupra vidi-
mus , dixi S. Thomas : Per quodlibet bonum
potest homo impediri à peccato . 2 . 2 . q . 105 . a . 2 .
ad 2 .

Occupanda eft ergo mens ſemper bono al-
liquo opere , ita per illud p̄cludetur aditus
peccato . Quod ſi occupatis ſe ſe tentatio in-
geret ad peccatum pellicens , oratione acce-
ſendum eft Dei auxilium , vti ſupra dictum ;
Deus p̄lēto aderit , vt resistamus peccato . Non
potes dicere , inquit S. Chryſtostomus , non poſsum ,
neque accuſare Conducentem . Si enim impotentes nos ſe-
cūt , & deinde imperat , culpa eius eft , quomodo ergo ,
inquis multi non poſſunt : quomodo ergo multi nolunt ?
Si enim voluerint , omnes poterunt ; habemus quippe
cooperatorem & adiutorem Deum ; tantum velimus ,
tantum opere accedamus ad rem ipsam . Deus enim ,
inquit S. Hieronymus , ita concesſit liberum ar-
bitrium , ut ſuam per ſingula opera gratiam non nega-
ret . Quocirca inſtituit p̄cepto , ait S. Leo , qui p̄-
currit auxilio .

CAPVT OCTAVVM.

*Excellentia virtutum , & viuax cognitio
ſeditatis peccati , impedit frequentem
in peccata lapsum .*

Dēcimoquinto , frequentem in peccata lapsum 331 .
impedit excellentia virtutum infuſarum
& acquisitarum , per multos aetius , p̄fertim
heroicos congregatarum .

Pulchre hoc explicat S. Bern . Cum tres ſint ho-
minis ſtratores (hoc eft , qui illum ſolent proſter-
nere , inducendo ad aliquod peccatum) diabolus ,
liuore malicie ; mundus vero , vanitatis ; homo ſemel-
pum pondere ſua corruptionis : (hoc eft , volubilitate
liberi arbitrij , etiam ſine tentatore , dæmon .

Tt 3 &

508 NICOLAI LANCTI OPUSC. SPIRITAL.

& mundo, sspè peccantis, vt docent SS. Patres) impellat &c. si virtus perfecta sit, facilè sic animum vietorem sui, & sic multum reddit ad omnia. Est quippe vigor animi (scilicet virtus) cedere nescius, pro tuerenda ratione. Aut si magis probas, vigor animi immobiliter stans cum ratione vel pro ratione. Vel sic: vigor animi, quod in se est, omnia ad rationem cogens vel dirigen. Cum ergo omne peccatum est repugnans rationi vt ait S. Thomas, dum virtutes in gradu excellenti vites suas exerent, per actiones quas producent, ita peccata impidentur, vt rarissime in ea labi contingat ex fragilitate humana & subreptione, eò quod in hac vita mortali mens non possit semper præuenire & effugere occasiones inducias peccati, & q[uod] vni parti attendit, impetrat ex alia, & quandoque labitur. Dum autem non labitur tentatio ne inuidente, Dei gratia auxilio per contrarias bonas actiones peccatum repellit & vincit.

^{332.}
co. 1. de g.
l. 2. c. 25.
^{333.}
co. 1. in 1. 2.
q. 24. de
verit. a. 9.
3. p. q. 62. a.
2. ad 2.
2. 2. q. 10.
2. 3.
334.
5. Nonum
medium.

Nam vt bene docet Suarez ex communii Theologorum & Philosophorum moralium doctrina: Eadem virtus que est principium operandi bonum, est principium ad resistendum contraria. Vel vt ait Vasquez, prohibet actus contrarios, qui per se contrarij sunt ipsi virtuti: & ne occasionem alteri præbeamus peccandi in ea materia. Ideo quod quis est sanctior & magis intentias habet virtutes infusas & acquisitas in gradu alto, eò difficultius inclinatur & perducitur ad peccandum, id eoque rarius peccat. Atque ita S. Thomas, inter media quibus liberum arbitrium confirmatur in via, vt difficultè peccet, hoc ponit. Per gratiam vie, potest homo ita bono affungi, quod nonnisi valde difficile peccare posset, per hoc, quod ex virtutibus infusis, inferiores vices refrenantur, & voluntas in Deum fortius inclinatur, & ratio perficitur in contemplatione veritatis. Diuina. Et alio in loco: Per virtutes & dona excluduntur sufficienter virtus & peccata, quantum ad praesens & futurum, in quantum scilicet impeditur homo per virtutes & dona à peccando: sed quantum ad praeterita peccata, que transiit actu, & remanent reatu, adhibetur homini remedium, specialiter per Sacramenta.

Quoniam vero peccata contingunt in homine, vel contra aliquam ex virtutibus Theologicis, vel contra aliquam virtutem moralem, virtutes acquisitae morales, vt docet S. Thomas, perficiunt hominem ad ambulandum secundum quod congruit lumini naturali rationis: virtutes vero infusae, perficiunt hominem ad ambulandum, secundum quod congruit lumini gratiae: Nullum autem peccatum fit ab homine, quod non aduersetur vel lumini naturali rationis, vel supernaturali gratiae: quocirca virtus que virtutes armant hominem si sunt in gradu excello, ne facile peccet, ac proinde ne frequenter peccet frequentia enim peccati, oritur ex facilitate magnæ inclinationis ad peccandum quæ per virtutes eximiæ tollitur, & ut supra dictum est, ex S. Augustino, Concupiscentia tanq[ue] minus surrepit, quod quis

in virtute magis proficerit.

Ideo Theologi, vti Suarez, dum probant in B. Virgine fuisse & ligatum & extinctum fo-^{334.}
mitem concupiscentia, & illam redditam fuisse etiam ab intrinseco principio impeccabilem, ^{T. 1. in 5.}
id ortum in ea dicunt, tum ab extrinseca Dei prouidentia, quia custodiebatur, ne se illi offerrent obiecta sensibilia quæ in appetitu sensitivo solent excitate motus inordinatos rationi & virtuti repugnantes, tum à negato concursa Dei ad illos, etiam si obiecta talia occurserent, tum ab auxiliis B. virginæ gratiæ, per quæ per tuò operabatur sanctè omnia, tum ab eximiis habitibus virtutum, & donorum Spiritus Sancti eius inhaerentibus, quorum quoque beneficio permanenter ita conforrabatur, ne in villam unquam peccatum labi potuerit in sensu composto, et si in sensu diuiso (qua liberum arbitrium habuit simile hominibus viatoribus) potestate antecedente peccare potuerit, potestate tamen nunquam redacta, nec reducibilis ad eam peccati etiam venialis perfectiore modo, quam dixerit Ioseph castissimus le non posse peccare Gen. 39. 9. & quam illi iusti de quibus scribitur I. Ioan. 3. 9. Omnia qui natu est ex Deo peccatum non facit & non potest peccare: & Rom. 8. 39. Nulla creatura potest nos separare à charitate Dei: & quām alij à me commemorat in Opulo de indiciis & gradibus profectis in virtutibus num. 52. Ex hoc principio S. Thomas deducit in Christo non fuisse somitem peccati, ^{334.}
quia habuit perfectissimè gratiam & omnes virtutes. Virtus autem moralis, quæ est in rationali parte amme, et facit esse rationi subiectam, & tanto magis, quanto perfectior fuerit virtus: ad rationem autem somitum pertinet inclinatio sensualis appetitus in id quod est contra rationem. Et quando virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatur vs somiti. Cum autem porosissimum ex somite peccata nascantur, & eius motus inordinati liberè acceptati sint peccata, dum per vices eximiæ somites minuitur, & quasi ligatur, rariores ex eo somitis peccaminosi profluant, & id est raro peccant pleni excellentissimis virtutibus. De talibus enim adultis asterrimus, eos raro in peccata labi, qui eximiis virtutibus sunt imbuti non ordinariis nec vulgaribus. Per actus enim earum, qui in eis diuinæ gratiæ beneficio in minima quaque occasione excitantur, & producuntur ab habitibus, impeditur accessus peccati, sicut per ipsos habitus inhaerentes, diminuitur inclinatio ad peccatum ex somite pullulans, antequam ipsi actus virtutum ab eis producantur.

^{335.}
Decimo sexto. Vix cognitio ac cogitatio fuditatis & gratitatis peccati, facit, ne in peccata sspè labantur; eā cognitione diuinitus illustrati, tum ante occasionem peccati se offertem, tum dum ea offertur menti soli, vel etiam sensibus.

Hec

Hec cognitio necessaria est etiam in peccatis
internis, quæ non tam ex obiectis sensibilibus
nascuntur, per motus inordinatos in fomite ex-
citatos, quam ex libertate arbitrij; quod potest
sine obiecto extrinseco ferri in rem malam
mente apprehensam, & ei consentiendo pecca-
re. Qui autem beneficio diuinæ gratiæ habet
valde claram & profundam & intentam co-
gnitionem gratuitatis & fæditatis cuiuslibet pec-
cati, eius memoriam exurgente, per simplicem
apprehensionem intellectus, dum ei repræsen-
tatur, statim ex tali cognitione & cogitatione ei
simili diuinitus excitata, nascitur in voluntate
horror peccati & fuga illius. Sicut è contrario,

112-77. veit S.Thoma : *Omne peccatum contingit ex defa-
ctu cognitionis; scilicet, quā cognoscatur eius tur-
pitudo, & grauitas, & mala quā patit in hac &
in alterā vitā.* Hinc illud dicitum. *Philosopho-
rum manuū: Omnia peccans ignorans hoc est, non
considerans quantum malum sit peccare dum
peccat; alioqui vitaret peccatum, sicut quilibet
vitā potum vini dulcissimi, si credat in eo esse
venenum, statim enecaturum bibentem, vel
motuum grauiissimum & molestissimum alla-
tutum. Sic cogniti veneni, quia ~~est~~ in colubro,
facit, ut eo viilo statim ab eo quiuis fugiat si ad-
sit mortus periculum. Vnde Spiritus Sanctus
monet, *stanquam à facie colibri fuge peccatum.**

337. Tali viuâ cognitione prædicti; vitabant peccata. S. Iustinus martyris scribit Christianos primos, maluisse mori, quam vel semel mentiri. S. Edmundus Archiepiscopus Cantuariensis dicebat: *Molo insitum in rugum ardentes*, quam peccatum villum sciens admittere. B. Catharina Genuensis hoc dedit monitum: *Cerum habe, quod si quis terneret, quam enorme vnum tantum peccatum sit, potius eligeret animam & corpore in successa fornace viuu consistere, quam in se peccatum tolerare: & si uniuersum mare ignis esset, ad effugendum peccatum, se se in medium eius vsque ad fundum demergeret, neque inde vnguam prodiret, si sciret, quod prodientis, peccatum in se esset conspecturus.*

338. Plus adhuc dixit S. Anselmus: Si hinc peccati
V de famili- pidorem. & illinc cernerem inferni horrorem, & ne-
ciso. cessari vnu ilorum habere inmergi, prius me in in-
fernū immergerem, quām peccatum in me commit-
terem.
339. Et adhuc quiddam mirabilius protulit lib. de
beatitudine: Malaem purus à peccato & innocēs ge-

bennam intrare, quām peccati sorde pollutus, calorum
regna tenere.

Vnde mirum non est Fratrem nostrum Al-
phonsum Rodríguez diuinitus fuisse edoctum, (vt
scribitur in eius vita) omnia mala hiūis vita etiam
infernī pñas esse potius tolerandas, quām unum leue
peccatum committendum: ideoq; à Deo ardentissime
petebat, vt potius se ad inferni pñas millies destrade-
ret, quām permetteret labi in peccatum veniale. Cur?
quia vi scriptum reliquit S. Teresa: Manus ma-
lum nascitur ex uno peccato veniali, quām à toto si-

mul inferno : scilicet offensio infinita Diuinae Maiestatis, cui a deo obligati sumus, ut omitam mala alia.

Qui ergo talis de peccati cuiusvis etiam
minimi feditate & granitate cognitionem ha-
bet, raro peccabit, & tunc non peccabit, quando
benè in occasione peccati considerabit malitiā
peccati. Ideo experimur nos post profundam de-
peccatis meditationem, vel alterius ferventem
concionem, valde abstinere a peccatis. Qui er-
go hanc cognitionem semper secum circum-
feret, & excitabit in occasionibus peccati, Deo
adiuvent, non peccabit, & piā cogitatione,
Deo duxto, abigit cognitionem ad peccatum
allicientem.

Pulchre hanc lucum & pugnam cogitatio-
num explicat S. Macarius Aegyptius: Perinde, in-
quit, ac cum in stadio curritur, curru precedens impe-
dit, retinet atque prohibet sequentem, ne procedat &
perueniat ad palnum; ut cogitationes anima atque
peccati currunt in homine. Si ergo coningat cogitatione-
num peccati procedere, impedit illa atque retinet, &
prohibet animam, accedere ad Deum, & contra pecca-
tum reportare victoriam. Quid si Dominus ipse inse-
derit, & ducat animam, semper ille vincit, ducens &
dirigens per omnia prudenter currum anima ad sa-
piuentiam celestem atque diuinam. Aguntur animae
sanctae & diriguntur a Christi spiritu ducente quo vo-
luerit, & quando liberis nunc per celestes cogitatio-
nes modo per corpus. Sicut enim volvuntur pedes sunt
ale, ita lumen celeste spiritus (de quo hic agitur), tam
quam praecipuo Dei gratiae auxilio ad vitanda
peccata) assumit alas cogitationum dignarum anima,
dirigens & ducens prout nouit ille spiritus. Prima au-
tem directio spiritus S. interna est, per cogita-
tiones pias, his enim excitat voluntatem ad vi-
tanda peccata, & facienda bona opera, iuxta il-
lud S. Augustini: Cum à Deo illius adiutorium de- 1. 2. de
precamur, ad faciendam perficiendamq[ue] iustitiam, merit.
quid aliud deprecamur; quam ut aperiatur quod latebat

(scilicet, ut det cognitionem efficiacem rerum
fugiendarum & faciendarum) & suae faciat
(voluntati) quod non delectabat. Er ita S. Chrysostomus inter modos vitandi peccata, etiam huc pop-
ponit, de quo ago: *Mentem*, inquit, doceamus nihil
aduertere noxiūm. *Verum*, & si quid huiusmodi ex-
trinsecus infieratur, hoc, quasi superfluum & nocium
repellere: & si nascatur intrinsecus, per cogitatione flati-
tim fugare. Sapientissimè Diuina prouidentia
ordinavit modum fugandi & vitandi peccata,
per pias considerationes & cogitationes, qui-
bus detegitur infascinatio peccati, offerentes se
nobis sub specie & pallio aliquius boni, quia ut
ait S. Dionysius, nullus ad malum respiciens opera-
tur. Non potest, inquit S. Thomas, esse peccatum, in
motu voluntatis, scilicet, quod malum appetat, nisi in
apprehensioni virtute defectus praexistat: (scilicet in
consideratione & cogitatione) per quem sibi ma-
lum, ut bonum proponatur. Hic autem defectus in ra-
tione dupliciter potest accidere: uno modo ex infira-

zione, qua circa bonum particolare errare potest: ut etiam aliquid esse finem, quod non est finis: vel esse viile ad finem, quod non est viile: & propter hoc, in voluntate, in hoc vel illo fine appetendo, aut in hoc vel illo viili eligendo, incidit peccatum voluntatis.

Alio modo, ex aliquo extrinseco, ratio deficit: cum propter vires inferiores passionum, que intensè mouentur in aliiquid, intercipitur actus rationis, ut non limpide, & firmiter suum iudicium de bono, voluntati proponeat. Sicut cum aliquis habens rectam estimationem de castitate seruanda, per concupiscentiam delectabilis, apparet contrarium castitati, propter hoc, quod iudicium rationis aliqualiter à concupiscentia ligatur, ut Philosophus dicit in 7. Ethic.

342. Atque hinc S. Thomas ibidem deducit causam, ob quam beati in celo nunquam peccent, quia ibi vterque istorum defectuum totaliter à beatis tollitur, ex coniunctione ipsorum ad Deum. Nam diniam essentiam videntes, cognoscunt ipsum Deum esse finem maximè amandum. Cognoscunt etiam omnia que ei vniunt, vel que ab eo distinguntur in particulari, cognoscentes Deum non solum in se, sed etiam prout est ratio aliorum: & hac cognitione claritate, in tantum mens roborabitur, quod in viribus inferioribus nullus motus insurgere poterit, nisi secundum regulam rationis. Vnde sicut immutabiliter bonum in generali appetimus, ita immutabiliter in particulari bonum debet appetere beatorum mentes. Supernaturalem verò inclinationem voluntati, facit in eis charitas perfecta, totaliter ligans eos cum Deo. Vnde nullo modo in eis peccatum incidere poterit: & sic erunt plenè in gratia confirmati.

343. Merito ergo S. Augustinus obsernauit, homines raro in ea peccata labi que maximè horrent (qua corum fæditatem intimè agnoscunt) vii est blasphemia, patricidium, odium Deitatis, verò frequenter committunt, qui non agnoscentes eorum fæditatem, ab illis non ita abhorrent. Ex qua doctrinâ clare cognosci potest, eos raro in peccata labi, qui diuino beneficio habent magnam cognitionem Diuinæ Majestatis, & quantopere sit colenda sine villa admitione peccati, & cognitionem fæditatis ac grauitatis eiusdem peccati, & qui in omnibus actionibus suis procedunt circumspecte, & tempus totum in piis actionibus, Dei præsentia recordatione condit, expendunt, & habent intensos habitus virtutum, denique, qui mediis omnibus superadictis vtendit, proximè ad statum beatorum accidunt.

344. Merito etiam S. Chrysostomus dixit: Hinc nobis multa peccata nascentur, quod non celeriter anima lucernam accendamus: hinc sit, ut singulis diebus offendamus, hinc sit, ut temere & perfusorè multa mente comprehendamus. Per lucernam autem intelligit rerum diuinarum notitiam & doctrinam, quam in nobis Spiritus sanctus & concionator accedit, eaque domum mentis nostræ illuminat: ut sciamus quæ sint vitanda, quæ facienda.

CAPVT NONVM.

Perpetua vigilancia ne peccemus, & cura, ut modo hoc, modo aliud peccatum eliminemus, & eradicemus affectum ad peccata validè illa arceret.

Decimum septimum medium ad vitanda & ar-
345.
bido, peccata, est perpetua vigilancia ne
peccemus. Talis erat in N.S.P. Ignatio, de quo
hic Maffei scribit. In perpetua erat vigilia contra
omnes rerum mortalium illecebras, & otiosam mens
euagationem. Nec minus accuratè animum ab omni
labe tuebatur, quam qui pretiosis ornati vestibus via
lutelem à coguntur incedere. Talis vigilia in Sanctis
fuit perpetua, & arcebat ab eis peccata. Nam vi
S. Chrysostomus ait: Sanctorum anime præfigram & Divite
ad peccatum perueniant, refrenantur, eò quod sobria
sint (scilicet in ypsi creaturis) semper vigilantes.
Ideo, ut alibi idem Sanctus scriptum reliquit:
Nullus vigilans inquam Iesus est: pastores etiam non
presentibus lupis præsident: canes sequuntur, licet fara
non adsint. Sed eti in omni occasione vigilan-
dum est nobis ne in peccata labamur, potissimum
tamen in iis in quæ labi solemus. Praclara
monet Seneca: Videamus quid sit, quod nos maxi-
mè concitet. Alium verborum, aliud rerum contumelia
movent. Hic, rult nobilitati sue: hic forma sue parci-
le elegantissimus haberi cupit: ille doctissimus: hic su-
perbia impatiens est, hic contumacia. Ille seruos non
putat dignos, quibus irascatur; hic intra domum suam
est, soris mitis, ille rogari, iniuriam indicat: hic non ro-
gar, contumeliam. Non omnes ab eadem parte feruntur.
Sciens itaq; oportet, quid in te imbecillum sit, ut
maximè protegas. Illi enim rei maximè insidiatur
demon. Quia de te sic S. P. N. Ignatius in exec-
citiis spiritualibus nos præmonuit: Sulet adul-
terio, sarcina imitari aliquem bellum ducem, qui obessa arcem
expugnare atque depradari cupiens, explorans priu-
tarum & munitione loci, debilitatem partem aggreditur.
Sic nimur & ille circuit animam, & calidè inqui-
rit, quarumnam virtutum præsidia moralium, scilicet
aut theologicarum, ipsa vel munera vel defuncta si-
erant, ac subverttere non sperat, quam in nobis minus ca-
teris firmatas cufsolidamq; esse praesiderit.

Quocirca vigilandum nobis est, cù potissimum
in parte, ex qua nos experti sumus ab ho-
ste nostro sauciatis. Habemus enim hostem per-
tuum, inquit S. Chrysostomus, & sacerdos nescium
Vnde nobis magna vigilantiæ opus est, ita, ut eius frau-
des vincere, & superiores eius telo constitui possumus
&c. Neque enim vi sua & necesse nos vincit, sed
deceptione sola. Non autem decipiemus, si parum esse
vigiles voluerimus, & nosmetipso attenderimus: non
quod nobis tanta sit potestas, sed quia tunc supra-
gratia nobis affulget. Nam si quod nostrum est fecerimus,
sequentur & omnia que Dei sunt. Quando au-

XVI. DE FUGA PECCATORVM VENIALIVM.

311

tem hæc vigilans adhibenda sit; docet S. Theodo-

dorus Studita: Expedit, inquit, constituta habere
que formides ante terrorem: vi egregie bello commisso

prodeamus in aciem. Facilis est enim anima vinci
imparatus, qui haud proinclusus drepente ineat cer-

tamen.

348. Decimum quartum medium est, fugere ea quo-
que ex te videtur licita, solet tamen incaute-
procedens, eis abutri, & sic ad peccata delabi.
Agnoscamus, inquit S. Chrysostomus, laqueos venia-
torum diaboli, & ab ipsis procul eamius. Agnoscamus
principia nec appropinquemus. Hoc maxima securita-
tis erit vobis occatio, non tantum peccata fugere, verum
& que videntur medie esse, ad peccata vero nos sup-
plantant: quale est ridere, & iocoſa verba dicere. Non
manifestum quidem peccatum videtur, sed in manife-
stem crimen inducit; nequè sapientia ex risu, turpia nas-
centur verba, à turpibus verbis, actiones turpiores. Sa-
piam ex verbis & risu, conuicia & contumelia de con-
uicio & contumelia, plaga & vulnera: (inter secula-
res) à vulneribus & plagis, iugulaciones & homicidia.
Si tibi igitur bene confuturus es, non turpia tantum
verba, neque turpia tantum facta, neque plaga & vul-
nera & homicidia, verum & ipsum intempestuum ri-
sum, & verba fugies scurrilia, quoniam subsequentium
radix, talia esse solent. Propterea Paulus inquit: Stulti-
logium & scurrilitas ne prodeat ex ore vestro. Eſti
namq; per se paruum esse videtur, magnorum tamen
malorum nobis efficitur causa. Et Abbas Pinophilus
apud Cassianum Coll. 20. c. 10. Ut unumquodq;
peccatum posse extingui, causa atque occasio per quam
vel ob quam admissum est, debet primitus amputari. Id
exemplis docet ibidem.

349. Hanc ob causam sancti viri abstinebant ab
aspectu feminarum, & pulchrarum facierum: quia eti id res fit media & ex se indifferens, ta-
men posita naturali inclinatione fragilitatis hu-
manæ, solet esse causa in multis magnorum
peccatorum. Nam qui amat periculum peribit in il-
lo. Eccles. 3. & 13. Ideo Eccles. 9. monet Spiritus
Sanctus: Noli in faciem virginis intendere, ne te scan-
dalizet vultus eius.

350. Decimum nonum medium est. Sensim modò hoc
modo illud peccatum resicare. Nam verissimū
est quod ait S. Ioann. Climacus: Divinitus mali,
mali abstinentiam patit. Hinc scripsit Thomas

Kempensis: Si omni anno unum viuum extirpare-
mus citò viri perfecti efficeremur.

351. Vigesimo, iuuat eradicatione affectus ad peccata-
rum, qui dominatur affectibus peccatorum.

352. Confirmatur Primo, omnia supradicta, respon-
sando ad causas, ob quas quidam Theologus
lib. arb. & docet non posse diu iustos vitare per longum
tempus omnia peccata venialia, quanvis possit
per totam vitam vitare omnia lethalia. Has autem
causas prudenter adfert, quæ locum omnino
habent in vulgo & fece iustorum tepidorum.

Primo, quia occasiones peccatorum venia-

lium frequentissimè sunt, secus mortaliū.

Secundo, quia venialia ex surreptione possunt
committi, absque plena deliberatione.

Tertio, quia mens non potest esse in tam ex-
actâ & continuâ vigilantiâ aduersus tam fre-
quentes & multiplices occasiones, ut in singu-
lari momentis longi alicuius temporis totum
efficiat, quod deberet ut omnia peccata vitentur.

Quarto, quia homines torpescunt à tanto la-
bore suscipiendo; & quod sciant per peccata
venialia non amitti Dei gratiam, nec incurri æ-
ternum interitum, sicut sciunt per peccatum le-
thale virtutemque incurri, ideo hoc vitat.

Quæ quidem causæ, omnino vera sunt &
sufficientes ad hoc, ut iusti tepidi non possint
longo tempore abstinerre à peccatis venialibus.
At nos huc agimus de talibus iustis, qui ex pro-
priâ diligentia & labore, & ex perpetuis Dini-
na gratia auxiliis efficacissimis perpetuò sibi
attendant, & habendo maiorem horrorem cu-
iuis peccati venialis quam inferni, toto conatu
& curâ, & penè assiduâ cogitatione, ne illud
committant, & perpetuâ mentis occupatione
in rebus diuinis, praesertim in actibus cultus &
amoris Dei quodammodo immersi, totum iē-
pus quo vigilant, expendunt, & saepissime Deū
orant, ne illos permitat in ullum peccatum
labi, & dum peccandi occasio externa vel interna
imaginatio aut cogitatio se ingerit, statim ab
illâ refluent, eam reiiciunt cum magno impetu
& horrore, quantum in eis efficit Dei gratia &
profunda cognitio fidelitatis peccati & cuiusvis
minima Dei offensæ.

Sum, inquit B. Laurentius Iustinianus I. de in-
stitutione & regimine Praetitorum c. 14. aliqui,
quamvis non multi numero comparatione ceterorum,
in omni virtute probati & perfecti, qui pro consuetu-
dine exercitatos habent corporis & anima sensus. Hi
quidem pugnam sentiunt, sed impugnatori nequaquam
etiam in paru voluntatis affusionem præbent. Tum quia
Spiritus Sancti inhabituante gratia sunt edocti: tum
quia charitatis sunt vehementissimè flammæ succensi,
qua profecto illos roboret in certamine, ad profectum
virtuum impellit, mentem trahit ad Christum, & me-
ritorum coronat triumphis.

Denique omnia alia media supra allata, sunt
directè opposita tanquam efficacissima antidota
contra causas & occasiones supra comme-
moratas, quas tepidi negligendo, sapientia in venia-
lia labuntur peccata.

353. Confirmantur secundo, supradicta verbis ipsius
Doctoris loco cit. adiunctis: Quia quod quisq; ma-
gis strenue à principio pugnat, eò robustior euadu, ma-
ioribusq; auxiliis à Deo adiuuari solet, ut melius dein-
cepit occasiones peccatorum posse superare.

Cum ergo ferentes Dei ferui, toto conatu
incumbentes fugiendis & vitandis peccatis,
strenue quavis horâ innigilent, ne villo modo
peccent, & ad primam etiam in somnis dum
dormiunt peccati representationem, sentiant in

se ex diuinæ gratiæ auxiliis, repentinum horrorem peccati cuiusvis, semper robustiores evadunt ad illud repellendum, & hac ratione, mediis diuinis supra enumeratis, modò hoc, modò illo corroborati, resistunt peccato, & mundam ab illo animam diu conseruant.

356.
Idem re-
petit. disp.
20. col. 3.

Confirmantur terit, supradicta alia verbis eiusdem ibidem subiunctis: Quia ipsa gratia & charitas habitualis ad bonum inclinat, adumentoq; per seipsum est, ut homo a peccatis abstineat. Atqui iusti feruentes, perpetuò benè operando, acquirent augmentum gratiæ & virtutum & donorum Spiritus sancti, itaque perpetuò habent internos habitus per quos inclinantur ad abstinentiam a peccatis, & ad eliciendos actus virtutum,

qui excludunt peccata, & adicunt eis præcludit, quia vt supra dictum est ex S. Thoma: Per quodlibet bonum potest homo impediri a peccato. Ideo me-
ritò Spiritus S. hoc nobis frequentium bonū antidotum contra frequentia peccata cōmen-
dat: Satagit, vt per bona opera vestra, certam vestram i. Pet. 1. 10.
ocationem atque electionem faciat. Hoc enim facie-
tes, non peccabitis aliquando est, nunquam pec-
cabitis. Sed quia in huius vita fragilitate & oc-
cupationibus variis, non possumus totius vi-
momenta in bonis operibus traducere, ideo
nonnunquam etiam sanctissimi viri in aliqua
pauca & indeliberata labuntur peccata ex sur-
reptione vel ignorantia. Hæc dicta sunt salvo
meliore iudicio.



NICO-